Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0001-5

DFG

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
– Landesbibliothek Abt. –
DÜ
V 932
DV 190

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0002-1

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0003-7
DFG

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
V 932

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0004-2

10.

32

N. 1. 1.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0005-8

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0006-4




Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0007-9

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0008-5



PETRVS POTERIVS ANDEGAVEN: CONSILIARIVS, ET
MEDICVS REGIS CHRISTIANISS: ANN: LIII.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0009-4

# PHARMACOPOEA SPAGIRICA

TERTIA PARTE AVCTA

PETRO POTERIO ANDEGAVENSI REGIS CHRISTIANISS. Conſiliario, & Medico

AVTORE.

TERTIA EDITIO.

BONONIAE. M.DC.XXXV.

Ex Typographia, Iacobi de Monte, & Caroli Zeneri.
*Superiorum permiſſu.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0011-1

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0012-6

# ILLVSTRISS.MO VIRO
# CASSIANO
# A PVTEO.

## Petrus Poterius Andegauenſis S. P. D.

TANTA eſt *Medicinæ Chimicæ præſtantia, nobilitas, & excellentia (Illuſtriſs. Domine) tanta pulchritudo, & iucunditas, vt quoduis mortalium genus in ſui amorem ab ea pellici, atque nolens pertrahi auſim affirmare; vnde ſi qui, vel primoribus labris eam deguſtarint, vel, vt dicitur, à limine ſalutarint, non mirandum ſit, ſi placitis veluti loti baccis capti ab eius vſu familiari nequeant amoueri, nec auelli.*

*Ea ſiquidem ipſa eſt, quæ naturam omnium rerum parentem ita cognoſcit, diſponit, conciliat, & regit, vt eam corpori noſtro ſexcentis prope morborum atrociſsimorum procellis, af-*

*fectuum.*

fectuumque variorum latratibus obnoxio, in ſubſidium promouere poſsit. Quare accuratius eam contēplaturi, vniuerſam eiuſdem harmoniam meditari debent. Ea, inquam, ipſa eſt quæ dum in ſemet ſe colligit, ad Cœli vſque perrumpere conſpicitur, ibi ſyderum curſus, ſtellarum numerum, Elementorum diſpoſitiones, tempeſtatum viciſsitudines, generationum, & tranſplantationum leges, ſublimium impreſsiones, ſiue meteora, cometarum origines, ventorum, tonitruum, fulminum, pluuiarum, roris, pruinæ, niuis cauſas, modoſq; perſcrutatura; quam ſi aliquando de Cœlo reuoces, ea eſt, quæ quouis ocyor vento in penitiſsimos orbis terrarum receßus penetrat, totis diſtantia ſyderibus æquora præteruolans, vbi Oceani æſtus, reciprocationes, Euripos, terrarum varietates, plantarū diſcrimina, metallorū, & metallicorū ortus, progreſsiones, & ſeparationes, inueſtigare non ceſſat; eā denique ipſam ſemper exiſtimaui cum præcipuum artis inſtrumentū, tum perſpicuum ipſius philoſophiæ ornamentum, & decus, quod ex hoc, vel maximè conſtat, quod modum doceat agentia patientibus applicandi, & Cœlum

in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0014-8

in terras deuocandi, Terraſq; Cœlo quando li-
bet maritandi. Ad cuius cognitionem deſu-
darunt ſophi, incubuerunt Magi, inuigilarunt
Gymnoſophiſtæ, quorum exempla ſecuti inter
mortales non vltimi tot, ac tantas deuoraue-
runt moleſtias, tot ac tantos ſuſceperunt labo-
res; Numerum ad calculum non reuoco, ſed
infimus non mihi videtur Ariſtoteles, qui nullis
pepercit, aut incomodis, aut pecunijs, vt mini-
mam vnius naturæ particulam aſſequeretur,
atq; tandem de animalium natura ſcitè conſcri
beret. Zoroaſtrem taceo, de Druidis Gallorum
Saeerdotibus ſileo, de Apollonio Thianeo quid
commemorem? qui ſi quot regiones peragrarit,
quot itinera dimenſus fuerit, quot maria tranſ-
miſerit, quot aſperrimos, & penè inuios mon-
tes ſuperarit, vt ſapientes, & de natura vi, ac
poteſtate philoſophantes videret, & audiret, dies
potius deficeret, quam vt dicẽdo aſſequerer. De
me autem quid dicam? cur tot exanthlati labo-
res, deuoratæ moleſtiæ, noctes inſomnes, mihi du-
ctæ à teneris (vt Græci aiunt) vnguiculis, vt hu
ius doctrinæ, quoquo pacto fierem cõpos? Audie-
ram Illuſtriſs. D. tantæ Artis rudimẽta percipi

*non poſſe ex nuda librorū lectione, non ex tricis, aut ſcholaſticorum quæſtiunculis, non ex putidis, & obſoletis logidædalorum ſophiſmatis, non ex vulgaribus, & ex triuio medicis, ſolo inani nomine inſoleſcentibus, ſed prorſus ex ſolidis ipſius naturæ fundamentis, ex limpidiſſimis litterarum fontibus, ex abditiſſimis philoſophiæ arcanis, exiſtere, & comparari audieram. Quamobrem quibus iſti viſi ſunt labores non indigni, qui cū vetuſtate perirent, illi me hortati sūt, vt publici rurſum iuris facerem, neque enim cenſent ea interitu digna, per quæ multi à præſenti pernicie vindicarentur. Iterum ergo in lucem Pharmacopœa prodit Medico chimica, iterumq́ tuo nomine (Vir Illuſtriſſime) plurimis, iuſtiſque de cauſis præfulciendam, & cohoneſtandam conſtituo, cum ea tacitus mecum repeto, quæ in prima editione cōticui, cumq́ maximè ſciā, quantū tui nominis ſplendor, ſingularis dignitas, & excellētia valeat in amicis cōſeruandis, tuendis clientibus, & vtriſq́ aduerſus Zoilorum morſus protegendis. Poſſem in medium proferre ampliſſimam tui generis ſtirpem, maiorum honores, parentumq́ titulos tot faſtis inſcriptos,*

ſcriptos,

ſcriptos, & decoratos, ſed quia non tam Te, quam fortunam tuam tangunt, nõ refero; longè maiores ſunt, quæ in tuo animo reſident dotes planè ſingulares; ſi ad eas accedo propius, oculorum aciem perſtringunt animi magnitudo, ingenij præſtantia, vitæ tuæ integritas, ſummaq; in rebus agendis prudentia, linguæ facundia, ſuauiſsimi deniq; mores, & liberaliſsimi, quibus omnes ad tui admirationem trahis, rapiſq; quibus vnum quemq; vel abſentem vincis, tibiq; deuincis. Multa præterea mihi veniunt in mentem, quæ diſſererē, niſi tibi adblādiri, & adulatoris officio fungi multis viderer potius, quam id quod eſt, ingenuè profiteri. Occurrit in primis Muſæum tuum lectiſsimorum erudita copia librorum in Vrbe Roma licet miraculis refertiſſima, inſatiabiliter ſuſpiciendum, vt in illo Muſæ verius, atque decentius, quam in ſolitarijs Parnaſsiæ rupis aſpretis ſuo cum Apolline tecum videlicet habitare videantur; & mihi quidem per otium videre illud admirariq; feliciter contigit, cum ter à te benignè, lautèque exceptus hoſpitio, animaduerti domicilium tibi eſſe commune cum contubernali humanitate. Iſta me

 pere-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0017-5

*peregre digredientem, licet à te non diſceſſerit, addito viæ comite fidiſsimo, ad ſummum vſque Appeninum, qui Bononiam proſpectat, proſecuta eſt. Vt igitur ego quoque me quamuis longo locorum interuallo diſsitum abeſſe à te non poſſe oſtendam, in hoc volumine tibi dicato, tecum perpetuò degam.*

AD

# AD LECTOREM.

ANNVS iam agitur decimus tertius, (Beneuole Lector) quo duas Pharmacopœæ noſtræ Spagiricæ partes publicæ vſuræ tradidimus, quid inde ſentirēt docti auidè expectantes; Multi ex vari js regionibus non defuerunt viri doctiſsimi, *qui* inſtituti noſtri rationem plurimi fecere, *inter pręcipuos Clariſsimus, & Doctiſsimus* Vir Dominus *Iohannes Hartmanus Haſsiæ* Medicus Primarius pluries per Epiſtolas me enixè rogans, vt,quam pollicitus eram Tertiam partem ad eum tranſmitterem, eam cum ali js duabus partibus vna cum noſtris Centuri js recudi curarē, & Typis elegantioribus, & forma commodiori, cui aſſentiri non recuſabam, ni longiſsima locorum intercapedo, & bellici rumores in propinquo adfuiſſent. Bibliopola Smitz, qui Coloniæ ſecundam editionem parauerat, pariter ad nos ſcripſit, vt tertiam partem ad eum demandaremus, ſe

interim

interim pro tertia vice dictam Pharmacopœam prælo ſubijcere, cui non negaſſem ni tota illa pars Germanię bellorum *incendijs* aſſiduò conflagraſſet. Tandem amicorum precibus coactus fui pręſentem publici iuris facere, etſi inuitus, ſciens me correctioni intereſſe non poſſe, grauioribus diſtractum negotijs. Inter multa errata, pauca connotare volui, reliqua tuo iudicio relinquimus; his interim fruere, & vale.

In

In antiquam Grȩcorum, & Arabum Pharmacopœam, opera Clariſsimi Poterij M. R. ab innumeris, quibus ſcatebat, erroribus vindicatam, atq; ad Chymicum examen ſimul, & ad Medicinæ dogmaticæ Critirium adhibitum.

## CARMEN ELEGIACVM:

PAVLI DE BOISGAVLTIER De la Terrerie Blæſenſis Regis Chriſtianiſſimi, & Principum Vindocinenſium, Medici.

*Vix merita quemquam fraudauit laude vetuſtas,*
*Autorem ſequitur, gloria magna ſuum.*

*Pæonias fertur reperiße Aſclepius artes,*
*Græcia quem coluit, quem pia Roma ſacrat.*

*Hippocrates peſtis meruiße fugator acerbæ*
*In docta Herculeos Cecropia Vrbe focos.*

*Sic*

*Sic ſua ſæpe manent virtutes præmia, ſic te*
*Iam, Theophraſte, colit Chymica turba ducē.*

*At quantus debetur honos? quæ fama, Poteri,*
*Expendet meritis præmia digna tuis.*

*Pharmaca tu veterum varijs conflata venenis*
*Dum relegis, quæſo, quot tibi monſtra cadūt?*

*Gaudeat hoc æuo tanto felicior ætas*
*Vindice, qui nobis pharmaca tuta refert.*

*Altius hic ſacros naturæ expende receſſus,*
*Quiſquis in hoc templo thura adolere cupis.*

*Quæ natura diu miſcet dum ſoluere noris,*
*Hæc eadem docto iunge magiſterio.*

*Sic tibi, myſta, foret Poterius Magnus Apollo,*
*Sic fuerint miris pharmaca tuta modis.*

In

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0022-2

# IN ELOQVENTEM PETRI POTERII CLARISSIMI VIRI Pharmacopœam Chymicam.

*QVod raperet doctis, quò vellet, pectora verbis,*
*Gallicus Alcides nomine dictus erat;*

*Quod claua armatus dextram fera monſtra domaret,*
*Græcus* Ἀλεξικάκου *nomina ferre dedit;*

*Lingua potens, & dextra potens Tibi, Magne Poteri,*
*Vt geminum Alcidem vincere vtraque ſcias.*

Tanti Viri nomini addictiſs. Ludouicus
Boncompagnus Virdunen. Auſtraſius.

## In Zoilum.

QVod ſit cæleſtes furatus ab æthere flammas,
Iapetidæ roſtro viſcera paſcit auis:

Quod tua per cælos ſit fama illæſa, POTERI
Viſcera, corq; vorat liuidus inuidia.

Perge ergo, & ſolito reuoca medicamine ad auras
Hippolytum, fictus Iuppiter axe tonat.

## Aliud.

PErdit ob offenſam Iunone volente parentem,
Pythona horrendum Delius Arcitenens.

Sic male mulctatus per Te ſycophanta ſileſcit
Tincta lycambeo ſanguine tela rotans.

Victor Io gaude, pretium eſt tibi fulmina laurus
Nulla timens; tantum munus Apollo tulit.

Anonymus.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0024-3

In Pharmacopœam Chymicam
EXCELLENTISS. VIRI
# PETRI POTERII
ANDEGAVENSIS
Medicinam Bononiæ pro dignitate facientis.

*IN medica quantum valeat POTERIVS arte,*
*Hinc citò congeſtæ teſtificantur opes.*

*Ingenio quantum, & doctrina polleat idem,*
*Arte laboratum teſtificatur opus.*

*Naturæ arcana, & mundi mirabile textum*
*Hermetis clauſit vaſe perita manus.*

*Hoc ſi tempus edax rodit, vel frangere liuor*
*Nititur, hic figulus, qui noua fingat, adeſt.*

De Gramment.



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0025-9

## Aliud in idem Argumentum.

DVm noua morborũ profligas mõſtra per orbem:
Nullaque ſolertes effugit Hydra manus:

Seu magni Hermetis tractas callentius ignes,
Naturæ approperas ſeu reſerare ſinus.

Alciden quis te non dixerit, atque labores
Pluſquam bis ſenos ſuſtinuiſſe ferat?

Sed metuo, nè tu citius quàm poſtulet ætas,
Alteram in Engonaſin ambitioſus eas.

Serius hoc præſtes, oro, ne gloria Cœli
Sit nimis Auſonio pernicioſa ſolo.

Idem.

In

In Pharmacopœam Spagiricam.

ALterutrum ex proprijs dederit cui munus Apollo,
Non niſi poſt cineres præmia reddit honor
At tibi, dum mutas agis haud inglorius artes,
POTERI, anteuenit fama ſuprema rogos;
Quæ nunquam vt pereat, calamo ne parce, vigebit
More Aquilæ, aut anguis his ea lecta libris.
Sic etiam innocui ſerpentis verſus in ora
Phæbi heros Latio cultus in orbe fuit.
De merito ambigitur fortaſſe? Volumina cerne,
Qui dubitas, nunquam nobiliora leges.

ALIVD.

MOrborum inſidias quiſquis vitare nocentum,
Ducere & in terris tempora longa cupit:
A te quærat opem, tua docta volumina, PETRE,
Conſulat, ô medicæ gloria prima togæ.
Felix noſtra ætas. olim vitalia poma
Cæleſtis cuſtos gentibus eripuit:
Nunc tu occulta diu medicamina habentia vitam
Pandis, & annorum ludere tela doces.

F. L.

Me-

Medicinæ Peritorum Panchre Petræ

# PETRO POTERIO

Patria Andegauenſi, Praxi Bononienſi

CVIVS

Medico contactu

Morborum omnium perit prauitas, Preſſæ Virtutis paret probitas

CVIVS

Salutari Præſentia

Impuri pallent, ignes, liuores, Optimiquiq; arrident, plaudent Gratiarum chori

CVIVS

Admiranda conſilij ope

Plumbeo detument tumuli Mœrore, Aureo Nobilis Hygeia triumphat gaudio

pauca hæc, non pauca

Famæ dum veritas Librum hunc commendato à inſinuaret

QVID MORBVS, VIRTVS QVID, QVIDQVAE PHARMACA POSSINT,

POTERI EN POTERIT DICERE CVNCTA LIBER.

fideli excipit calamo.

*Ouidius Montalbanus Ph. & Med. D. Coll. & Math. Prof. Bonon.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0028-6

Εἰς Πέτρον Ποτήριον θεραπευομένων προφερέςερον εὖχος.

Οὔνομα Φοῖβος ἔχει θεῦ ἀθανάτοιο σέβαςον,
Σώμασιν ἀνθρώπων ἐσθλὰ χαριζόμενος.

Τί πράττεις; ὅιον δ᾽ ἔσεταί σου ὄυνομ᾽, ἐι ὥςπερ
Φοῖβος ἰατρέυεις; Φοῖβος ἔσηετερος.

Λοδοῖκος ὁ Βογκουπέννιος Οὐιρδουναῖος
ὁ Αυςράσιος.

Εἰς Ζωΐλον.

Τί φθονέεις Ζηλῶν ἐπ᾽ ἀρίςερα πάντα διδαχθεὶς
τλήμων, καὶ σκολιὴν μαιόμενος σοφίην.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0029-5
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0030-6

# PETRI POTERII
## ANDEGAVENSIS
## Conſiliarij, & Medici Regis Chriſtianiſsimi.

## PHARMACOPOEÆ SPAGIRICÆ
# LIBER PRIMVS:
## VBI
### *De ſecretioribus Medicamentorum præparationibus, & vſu.* Caput I.

> *Spagirica σπάω, et αργυρικὸς, vel ἀ σπαργάω, educo, attraho, anhelo, &c.*

QVICQVID ſagax & inimitabilis natura ad mortaliũ calamitates propulſandas, ſanitatemq; in ſuo robore ſtabiliendam excogitauerit vnquam, id è triplici penu eruendum optimè cenſuit: vegetabili nimirum, animali, & minerali; nec ipſi ſatis fuit, tantam plantarum copiam adinueniſſe, quæ noſtris ſuperandis morbis ſufficerent, ni animalia ſimul & mineralia in vſum aduocarentur. Vnde haud exigua ſuſcipio, num morbi pariter è triplici illo penu depromerentur. Vegetabilium atque animalium quotidiano vſu, humana corpora manifeſtè

> *Sanitatis, & morbi triplex origo.*

*Animalibus vegetabilibus, & mineralibus nutriri hominem.*

alterari, nemo eſt, qui ambigat, quandoquidem hęc duo in noſtri alimoniã cedant. At mineralibus non adeo apertè, ſed occulto quodam modo veſcimur, verùm cæteris edulijs naturæ induſtria cũ his admixtis, vti vini exemplo liquidò conſtat, quod in ſuo tartaro naturam quandam metallicam è terræ viſceribus hauſtam continet. mitto aquam, qua quotidie vtimur, varia ſalium, & mineralium genera in ſe coercere. Qua de re horum trium naturam, vires & facultates iam dudum contemplati, pręcipuas, & quas potiſſimum in medicina factitanda vſurpamus, ſeligere, atq; commodo publico tradere cupientes, præfatum naturæ ordinem ſequi, optimnm duximus.

*Ordinis ratio.*

*De Medicamentorum præparatione in genere, dèque huius partis præſtantia, ſubiecto, & officio. Caput II.*

EA medicinæ pars, quæ medicamentorum præparationem docet, olim vnicam, nunc vero duplicem agnoſcimus. antiquam, pharmaciam; & recentem licet antiquiſſimam, quæ ſpagirica & chimica dicitur, ſi ad hanc legitimi eius vſus cognitio accedat, verè phyſica praxis dicetur, omnium ſcientiarum nobiliſſima, vtiliſſima, & præſtantiſſima, cuius finis & inten-

*Pharmacopœa duplex.*

*Pharmacopœa ſpagirica.*

intentio ad ſanitatem perpetuò dirigitur, ſibiq; pro ſubiecto vendicat rem omnem ad humani generis commodum primitus comparatam. Huius partis tanta eſt dignitas, & præſtantia, vt nihil ſit, quod tam de repentè medicum exornet, nobilitet, & clarum, famoſumque reddat. hæc firmiſſima naturæ clauſtra reſerat, corpora in ſua Elementa, & Elementa in ſua principia reſoluit. Qui in ea claruerunt olim, apud Indos Gymnoſophiſtæ, apud Perſas magi, apud Gallos Druidæ vocabantur. Ei quandoquidem virtutum omnium terreſtrium, cęleſtium, animalium, vegetabilium, & mineralium clauis concredatur. In ea non modo rerum eſſentiæ perpenduntur, verum & in lucem conſpectumque hominum adducuntur, purum ab impuro ſegregatur, cortex à nucleo, contrarium à contrario, multa denique miranda præſtat, & multò maiora, quam quæ humanus intellectus excogitare poſſit.

*Phiſica practica. Eius finis ſanitas. Eius ſubiectum. Præſtantia, & dignitas. Vtilitas. officium. Fautores, & authores.*

*De ſecretioribus medicamentorum vegetabilium præparationibus. Cap. III.*

VEgetabilia ex quibus prima morbis accommodata remedia educimus, multiplicia ſunt; vel enim exotica, & è diſtantiſſimis maris tractibus allata: vel noſtratia, ſub cœ-

*Medicamenta vel exotica, vel noſtratia.*

lo, ſoloque noſtro nata. Inter hæc, ſunt herbæ, frutices, ſubfrutices, arbores, & ſimilia, quæ integra vel eorum partes ſumimus, vt radices, cortices, ligna, folia, flores, fructus, ſemina, gummi, reſinas, & alia; his aliquando cum alijs mixtis: nunc in formam decoctionis, iulepi, ſyrupi, pulueris, confectionis; electuarij, opiatæ, pilularum, & ſimilium: nunc in formam aquæ, olei, ſalis, extracti, Clyſſi, magiſterij, &c. chymicè paratorum. Et quia Illuſtriſſimo D. Equiti Caſsiano à Puteo cui hæc primò dicata ſunt, tantum pollitici ſumus, ſelectiora, & ea, quæ ſæpiùs apud chymiatros in vſum veniunt, vna, & hæc quibus paſſim in curandis morbis vtimur, deſcribere.
Ideo communibus, & vulgatis omiſſis ad prædicta recto tramite nos transferimus, initium ducentes, à decoctis, vt à leuioribus, omnium paratu facillimis, & nobis vſitatiſſimis.

## SECTIO PRIMA.

### *De Decoctis in genere. Cap. I.*

IN noſtris decoctionibus parandis plerumque à vulgari methodo minimè recedimus, in his præſertim, quas pharmacopœis quotidie parandas concedimus, & eò magis quando morbus

non

non eſt admodũ pertinax ſimpliciq; medicamenti præparatione ſubigi & euerti queat. Inſuper tædioſum nimis foret, vnumquemque ad noſtri libitum docere velle. fateor equidem in diuturnis, grauiſsimiſque morbis, in delicatulis, & his, quibus ventriculus nauſea premitur, & qui ſolo aſpectu medicamentorum odorem, & ſaporem perhorreſcunt, longiori artificio vti, nam tunc crebris coctionibus, filtrationibus, clarificationibus, & diſtillationibus, ea adeo guſtui, palatoue grata reddimus, vt ipſis ægris in delici js ſint.

*Decoctionum parandi ratio multiplex, & cur.*

*Decoctiones, vt palato iucũdæ reddãtur.*

*Decoctionũ vis, & facultas in quo cõſiſtat.*

Vis, & facultas decoctionum in tinctura, ſaleque tartareo potiſsimum conſiſtit, & ſic in multis parum intereſt, an in clauſo vel aperto, duplici vel ſimplici vaſe fiant. Vaſa autem ſumimus vel terrea vitriata, vel vitra ipſa, item vaſa ænea ſtanno interius obducta, cum ſuis cooperculis eiuſdem materię pro humiditate aquas diſtillatas non raro vſurpamus, aliquando vinum, hydromel, aquam commùnem & alia intentioni noſtræ conuenientia. Quantitas humiditatis pro ratione rei coquendæ ſumitur, in duris, & ſiccis, plus, in raris, & humidis minus.

*Earum vaſa.*

*Earũ humiditas, quantitas, & coctionis tẽpus.*

Item dura, & ſicca longam ſuſtinent coctionem; contra rara, & humida, aromata quoque, & ea quorum vis, & facultas in ſuperficie conſiſtit, exiguam admodum requirunt coctionem, in his

ſæpius

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0035-5
DFG

ſæpius ſola infuſione contenti ſumus, in alijs mediocri, vel tertiæ, vel quartæ partis conſumptione, in alijs fortiſsima, & tunc ad medietatem, vel duorum tert. conſumpt.

*Decctionũ doſis. Vtendi ratio.*

Doſis eſt vnc. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. pro viribus ægri & rei natura. Decoctis vtimur multis de cauſis, & primo vbi medicamenta actu humida requiruntur, veluti in aliquibus morbis ſiccis, item in arefactis, & attenuatis corporibus, vbi longa humefactis, & attenuatis corporibus, vbi longa humerum præparatione opus eſt. Quando ſiccorũ, & ſolidorum lignorũ radicum, & ſimilium, virtutes, & facultes elicere, eaſq; in formam potabilem deducere volumus, medicamenta quoque actu humida æſtiuis diebus maximoperè conueniunt, eo quod, calori noſtro, extrinſeco æſtu depreſſo, & deiecto facile humida ſuccurrant. Vtimur & decoctis quando temporis breuitas longiorem præparationem non fert.

*Decoctiones quando, & quibus conueniant.*

*Decoctionũ vſus.*

Vſus decoctionum nobis eſt; lõgè à paſtu, poſt paſtum, in cibis ipſis loco potus, ſemel, bis, & ter in die.

*Statica medicina notatur.*

Hic contra ſtaticæ medicinæ præcepta obſeruauimus decocta tuto dari, poſſe, horis maior tranſpirationis intro forte reuocato calore, quo natura ſimul cum medicamine ſtipata & roborata noxios humores expeditius ſubit, extrudit, foraſque propellit.

In

In his adhibendis apprime videmus: vt vtrumque viſcus, lien, & iecur naturali robore ſit donatum, & ventriculus minime nauſeabundus, & imbecillis.

*Cautiones decoctionibus adhibendis.*

## *De Decoctis in ſpecie. Caput II.*

QVi hucuſq; decoctionum formulas in ſpecies diſtraxerunt, eas præcipuè ad ſingulas corporis partes contraxere, hinc cephalica, thorachica, cardiaca, iecoraria & ſimilia inuenta ſunt, quæ poſtea minutiùs concidenda duxerunt, veluti in multiplicem intemperiem. Sunt propterea decocta cephalica, calida, frigida, humida & ſicca, ſic de ſingulis partibus: cui & addere poſſem excalefacientia, & exſiccantia, excalefacentia, humectentia, & alia in quæ vltrò non progredimur, ne eiuſmodi inanis prolixitas inſtituti noſtri ſcopum euertat. Nos in medendo non ad ſolam intemperiem reſpicimus, verùm magis ad partium conformationem, & compoſitionem: non qualitatum, ſed principiorum cauſam morborum efficientem.

*Decoctiones multiplices.*

*In medendo quid reſpiciendũ.*

Rurſus decocta ſunt vel ſimplicia, vel compoſita, laxatiua, vel alterantia. de quibus fuſiùs apud Vvecherum, Quercetanum, & alios. Inſuper

*Decoctionum diſtributio.* per quædam ſunt particularibus morbis expugnandis deſtinata. Vt Epileptica, apoplectica, &c. nos paucis exemplis contenti proponimus noſtra.

## *Decocta Cephalica.*

*Decoctio Cephalica alternans, & roborás*

PArantur eiuſmodi decocta ex ſimplicibus capiti deditis, vt

ligno viſci quercini.
radic. peoniæ.
folijs betonicæ, capil.ven.&c.
floribus ſtœcados, violarum, lilij, pap. rub.
*ſem. aniſi, fœniculi, carui &c.*

Quibus addere, & demere pro natura morbi, ægri conditione, & tempeſtatis qualitate, vnuſcuiſque poterit: hæc roborantia, & alterantia dicuntur: purgantia vero redduntur, ſi his immiſcemus, agaricum, thurbith, ſennam polipodium, hermodact. eſulam & ſimilia.

Quæ poſtmodum phlegmagoga, cholagoga, & melanagoga dici poſſunt.

*Deco-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0038-2

*Decocta pectori inſeruientia.*

ASthmati potiſſimum ſequens decoctũ conducit.

℞. Radicũ Enulæ campanæ, } an. drach. j.
Ireos,
Liquiritiæ raſæ, & parum contuſæ,
Ficuum pinguium n. 12.
Capil. ven. } an. m. j.
Praſſij albi,
Scabioſæ,
Boraginis,
*Thuſſilaginis*,
Peti, alias, herbæ reginæ,
Hyſſopi,
fol. violarum } an. p. j.
Boraginis

Coquantur in ſ. q. aq. communis ad tertiæ partis conſumptionem, clarificetur, aromatizetur cinamomo & dulcoretur ſaccharo, & melle. Si eiuſmodi decoctum coquatur ad craſſitiem mellis, cũ tantillo ſacchari, efficiet ſyrupũ præſtantiſſimum; cuius dantur cochlearia. 2. & 3. pro doſi cum iuſculo carnis, vel ſimplici, vel alterato. Eadem iterum in alterantia, & purgantia ſubdiuiduntur. verum

purgantia nunquam vſurpamus, eo quod eadem pectori vim ſemper inferant.

*Decoctum ad phthiſim.*

℞. fol. gnaphalij montani, gallis piè de chat.
Roris ſolis, ſiue ſophiæ herbæ,
Bugulæ, boraginis, } an. m. j.
Florum violarum, p. j.
Liquirit. raſæ, vnc. j.
Vuarum paſſarum, p. ij.

fiat decoct. vt ſupra in iuſculo carnis, vel decocto hordei integri. cum ſaccharo commodè in ſyrupum coquitur, euaditque medicamentum phthiſi vtiliſſimum, coctio vero fiat in balneo mariæ, vel vaporoſo, vel ſimili.

*Ad Pleuritidem.*

*Papau. rhœadis decoct.* EX floribus papaueris rub. ad pugilli quantitatem in acqua communi more ſolito, & ſimplici ebullitione, fit optimum decoctum ad pleuritidem.

*De*

### *De Cardiacis Decoctis.*

TEmpore peſtis eiuſmodi generis decoctis opportunè vtimur, tum etiam in putridis malignisque febribus; aduerſus venena quoque eadem non rarò vſurpamus. inter hæc calida ſunt, frigida, & temperata.

### *Decoctum Cardiacum temperatum.*

℞. fol. agripalmæ,
Cicerbitæ,
Reginæ pratenſis, alias *vlmariæ,*
*Boraginis, bugloſſi,* } an. m. j.
*florum cordialium* an. p. j.
cum aquis cordialibus meliſſæ, boraginis, ſcabioſæ, ſcorzoneræ, vel etiam iuſculis carnis fiat decoctum ſecundum vulgatam methodum.

### *Aliud.*

℞. fol. meliſſæ, ſcabioſæ, ſucciſæ,
vlmariæ, ſcorzonæ cum rad.
cardui ben. Cicerbitæ, borag. } an. m. j.
fiat decoctum vt ſupra.

*Aliud Peſtilentibus morbis inſeruiens.*

℞. Santal. albi, vnc. ſ.
rad. ſcorzoneræ,
tormentillæ,
biſtort. } an. vnc. j.
fol. ruthæ caprariæ,
pinpin.
ſcabioſæ,
cardui ben.
boraginis, } an. m. j.
fiat decoctum vt ſupra.

*Aliud.*

℞. radicis ſcorzoneræ lib. ſ.
rad. tormentill.
biſtortæ, } an. vnc. j.
fol. vlmariæ,
pimpinellæ,
*meliſſæ, borraginis* } an. m. j.
fiat decoctum vt ſupra. redduntur guſti palatoque grata cum ſaccharo, & eadem cinamomo, ſchœnantho, ſandalo aut alijs ſimilibus prius aromatizata.

*De*

*De decoctis reſpicientibus hepar.*

DEcoctiones, & iuſcula quib. vtimur in affectibus iecoris medendis, multiplices ſunt propterea breuitate cui ſtudemus, ſeriem rerum, quas in his parandis vſurpamus hic inſerere tantùm decreuimus. vt

radices apij,
graminis,
ruſci,
aſparagi,
fœniculi, } calid.

*radices acetoſæ,*
*cichorij,*
*taraxaci,* } *frigid.*

ligna ſantal. omnium,
folia cicorij,
herb. endiuiæ,
cicerbitæ,
lactucæ ſat.
lactucæ ſilu. portulacæ. } frigid.

hepaticæ,
agrimoniæ,
fumariæ, } temperat.
lupuli,
capill.ven.
ſcolopend.
fol. abſinthij vt riuſq; } calid.
abrotani,
cha mædryos, &c.
flores violarum } temp.
roſarum
borraginis
ſemina 4. frigid. ma. &c.

### *Splenetica Decocta.*

RAtione haud abſimili decocta ſplenetica paramus, inter præcipua. Sunt cortices tamariſci, cort. capparorum, radices filicis maris, herbæ, aſplenium, ſcolopendria, piloſella, pimpinella, bethonica, & ſimilia. ſæpe ea incoquimus in aqua chalybeata, in iuſculis aquis graminis, hydromelite & alijs. In his parandis tribus vel quatuor rebus contenti ſumus, vno videlicet, vel duobus, quæ diſſoluant, & attenuent, altero roborante, & tertio, vl quarto purgante, aut alterante

*Multitudo haud amplectãda.*

terante, vel aliud ſimile reſpiciente, qui ſecus agunt, & in vno decocto *omnia ſingulas* corporis partes *reſpicientia ſimul miſcent*, *Empiricos* ſe præbent, & artis *præcepta* euertunt.

*Agrimonium* in ſimplici aqua decoctum ad duos, vel tres menſes pro omni potu fœliciter cuidam hepatico maximo cum fructu dedimus.

*Agrimonij decoctio.*

Iua artetica item in potu per aliquot dies exhibita cruentam mictionem ſanauimus.

*Iuæ artheticæ decoctio.*

Plantagine ſola in iuſculo veruecis cocta ad diarrhæam, & linteriam fœliciter vtimur, poſſem multa alia ſimplicia recenſere, quorum in morbis medendis, nobis multiplex experientia conſtat. at paſſim in curationibus noſtris eadem obſeruare haud *difficile erit*. Decoctum bugulæ *in* iuſculo veruecis factum, *hic prætermittere nolo*, & maximè in phthiſi, atque *in intrinſecis* vlceribus: parum & clementer ventrem laxat, contra naturam conſolidarum, inter quas ipſa ab herbarijs reponitur. hepati mirificè confert. & alijs ſuccurrit.

*Plantag.*

*Bugulæ decoctio Phthiſi.*

*Decoctum Nephriticum.*

| | |
|---|---|
| ℞. radicum apij, ononidos, altheæ, | an. vnc. j. ſ. |

fol. argentinæ, betonicæ, piloſellæ, herbæ turcicæ, } an. m. j.
liquirit. raſæ, & parum contuſæ drac. 5.
ſem. milij ſolis, fœniculi an. vnc. j. bulliant in ſ. q.
aquæ communis, colaturæ dantur vnc. vj. cum vnc. j. ſyrupi limonum, & guttis iij. ol. vitrioli Calculum in renibus potenter diſſoluit, è veſica pellit, & eijcit, & vrinam copioſe mouet.

*Argentin. decoct.* Argentina in iuſculo per ſe data mira præſtat.
*Piloſella.* Piloſella item ſola exhibita nõ minima prẽſtat.
Prætereo lubens infinita alia renibus dicata, vt quę paſſim alijs in locis ad nauſeã vſq; reperiãtur.

*Decoctum pro gingiuis roborandis.*

℞. fol. roriſmarini, Saluiæ, mirthi, } an. m. j.
corticum granatorum vnc. v. aluminis crudi vnc. 1. bulliant in s. quantitate aquæ, & vini, eiuſmodi decocto colluatur os bis & ter in die. gingiuarum ſuperfluam humiditalem exſicat atque dentes roborat, firmatque.

*Aliud dentes conſeruans.*

℞. fol. oliuæ,
mirthi,
roriſmarini, } an. m. j.
garyofillorum contuſorum drac. 1.
fol. roſarum p. 1. bul. in vino, ſub fine adde ſalis communis p. 1.

*Decoctum pro vlceribus ſordidis.*

℞. fol. plantaginis,
anagallidis,
quercus, } an. m. j.
radicum ariſtolochiæ rot. vnc. 1.
baccarum iuniperi, florum camomillæ an. p. 1.
aluminis crudi vnc. ij. coquantur parum in s. quantitate aquæ fabrorum.

*Aliud.*

℞. fol. abſinthij,
anagallidis,
hypericonis, } an. p. 1.
fl. camomill. roſarum an. m. 1.
coquantur in vino, & aqua.

*Aliud.*

℞. bacc. iuniperi p. I
rad ariſtol. rot. drac. I.
ſumit. hypericonis, } an. p. ij.
camomillæ, }
mirrhæ el. vnc. s ſublimati drac. ij.
fiat decoctum in s. q aquæ, & vini.

In huiuſmodi decoctionibus non raro incoquimus.

Filipendulam,
millefolium,
vincam peruincam,
plantaginem,
ſolatrum,

prunellam, & alia pro vlceris natura, & temporis conditione. Item his ſæpe addimus oleum ſulphuris, vitrioli, & alia.

*Decoctum purgans nobis catholicum dictum.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| ℞. radicum | polipodij quercini | vnc. | I. s. |
| rad. | ellebori nigri | vnc. | s. |
| fol. | ſennæ mundat. | vnc. | j. |
| ſem. | carthami contuſi. | vnc. | ij. |
| florum | violarum, | p. | ij. |

pruno-

prunorum damaſcenorum, num. 20.
aniſi, fœniculi. an. drac 1.

macerentur triduo in s. q. aquæ endiuiæ cum ſcrup. 1. ol. ſulphuris, dein parum bulliant, & colentur, colatura clarificetur, dulcoretur, & aromatizetur more vulgarium apozematum.

Doſis eſt vnc. ii j. & iii j.

*Decoctum melanagogum, cholagogum, & phlegmagogum.*

PArantur eiuſmodi decocta ad libitum, ſumimus ex his ſimplicibus alterum humorum purgantibus, eaque incoquimus, vel in iuſculis carnis, vel aquis diſtilatis. conſimilia remedia nobis ſunt extemporanea, nam citò ſitum, & putredinem acquirunt. melanagoga nobis familiaria.

ſunt

| | | |
|---|---|---|
| Senna, | Caſſia, | |
| Epithim, | tamarindi | |
| cuſcuta, | rhabarb. | chalagoga |
| Elleborus niger, | violæ, | |
| polipodium, &c. | pruna, &c. | |

multa alia ſtudio prætterimus, vtque vbique cuilibet obuia ſint. ſuperſunt adhuc decocta, quæ ab effectu antiuenerea dicuntur, quorum aliquot de-

ſcriptiones vſu, & multiplici experientia comprobatas hic annectere placuit.

*De Decoctis antiuenereis.*

Decocta antiuenerea multiplicia ſunt, vel ſimplicia, vel compoſita, alterantia, vel purgantia. ſimplicia ſunt.

Lignum Guaiacum
Salſa perilla,
China radix,
Saſſafras,
Buxus
Iuniperus,
Quercus,
Saponaria, & alia.

*Decoctum ligni Guaiaci.*

| | | |
|---|---|---|
| Rec. raſuræ ligni guaiaci, | lib. | I. |
| corticis eiuſdem contus. | vnc. | iii j. |

macerentur octiduo in lib. 8 aquæ fontis, cũ dra. I. ol. ſulphuris, in fimo equino, & vaſe vitreo capaci, ſure, & ſulphure prius bene obturato. coletur & in colatura nouũ lignum reaffunde, vt ſupra in eodẽ vaſe, & fimo macera triduo, & cola vt priùs, colatura ad libitum percohobationem purificatur,

tur, item edulcoratur, & aromatizatur, prout poſtulat neceſſitas, & ægri natura. *De ſimplici colatura, neque purificata, neque edulcorata, & aromatizata*, dantur vnc. ij. iij. & iiij. pro viribus ægri. huius decocti tanta eſt vis, & energia, vt vnc. ij. alterius decocti lib. 1. æquent. picrocolis, & lienoſis iſthæc decocti formula tuta eſt. hydrope, & gallico morbo confectis medetur, apoplecticis, & alijs grauiſſimis capitis morbis ſuccurit. *Vſus, & facultas. Quibus cõueniat.*

Aqua, quæ inter coquendum elici poteſt, optima erit ad nouam infuſionem parandam.

Ex magmate, ſecundum decoctum poteſt parari, addita aquæ quantitate ſufficienti, eius vſus erit in menſa, loco vini, aut pro noua infuſione paranda. *Secũdum decoctũ.*

*Aliud decoctum.*

AEſtiuis diebus aliud decoctum paramus, cum maiori quantitate aquæ, & minori ligni guaiaci. hunc in modum.

Rec. ligni indici recenter limati lib. 1. aquæ fõtis lib. xij. infund. per 24. horas, & coquantur, vaſe aperto, & valido igne ad 2. tert. conſumptionem. huius decocti damus vj. viij. & x. vncias. ex magmate ſecundum decoctum paramus, additis *Doſis:*

aquæ

aquæ communis lib. xx. ad tert. vel 4. partis conſumptionem.

*Salſa, China, Saſſafras, iuniperi Decoctum.*

EOdem fere modo parantur decocta ſalſæ, Chinæ, ſaſſafras, iuniperi, & aliorum, quibus & alia addere, vel demere non eſt abſurdum, dummodo à perito, & decocto Medico id fiat. pro vnaquaq; vncia ſumimus aquæ, vel alterius liquoris lib. j. ij. & iij. pro ratione morbi, & ægri natura, vt.

Rec. Salſæ parillæ minutim inciſæ vnc. iij.

Aquæ communis lib. ix macerentur per 24 horas ſub cineribus calidis, coquantur poſtea in vaſe terreo deuitriato, vel vitro, ſiue vrinali, aut alio; ad medietatem, vel ad duorum tert conſumpt. ſub fine adde parum liquiritiæ, & cinamomi. Damus huius decocti vnc. vj. pro doſi.

*Decocta Chinæ &c.*

PArantur & eo modo, quo diximus de guaiaco. vt & ea, quæ, ex his mixtis fiunt compoſita, quorum vires, & vſus experientia docuit. Inter hæc, quædam ſunt purgantia, quædam alterantia. purgantia multis non placent,

quod

quod varijs modis corpora, eodem tempore exerceant; & tamen quicquid dicant, experientia, certiſſimum rerum criterium, rationes quaſcũmq; in contrarium adductas eneruat, nullaſque reddit. Inter multa, à multis excogitata, quædam damus vſu & experientia clara. vt. *Purgantia alterantibus tutto miſceri.*

*Decoctum Antiuenereum compoſitum purgans.*

Rec. Radic. chinæ in taleollas diſſectæ vnc. 18.
Salſæ parillæ itidem minutim inciſæ, & parum contuſæ vnc. 24. cort ligni Indici,
Ligni ſaſſafras, an. vnc. iiij.
hermodactill.
thurbith, } an. vnc. ij.
aniſi drac. ij.
liquiritiæ raſæ, & parum cõtuſæ vnc. 1.
cinamomi. vnc. s.
radicis Cyperi ſicci. drac. vj.

contundantur contundenda, & infundantur ligna, radices chinæ, & ſalſæ in lib. 24. aquæ communis, coquantur lento igne ad medietatis conſumptionem; factæ colaturæ exhibeantur bis in die vnc. 9. pro doſi huius deſcriptio tota eſt empirica, doſis fortuita, & temeraria; attamen famatiſſimus quidam agirta, hinc magnas opes corraſit, multis deploratis eius medio ſanitatem afferens;

ve-

verùm vltra dictum decoctum, cinnabaris ſuffumigi js eodem tempore ſæpius vtebatur. vtrumque tamen minimè probamus, vti nec alia temerè ab huiuſmodi homuncionibus patrata.

*Aliud ex ſuperiori correctum.*

Rec. radicum chinæ in taleollas inciſæ vnc. j.
Salſæ parillæ, vnc. ii j.
cort ligni Indici,
Ligni Saſſafras, } an vnc. s.
hermodactill.
thurbith, } an vnc. I.
florum violarum, p. I.
liquiritiæ raſæ, & parum cont. vnc. s.

Infundantur infundenda in lib. xi j. aq. communis, per 24. horas, coquantur poſtea ad duorũ tert. conſumptionem. de colatura dentur vnc. v j. bis indie robuſtis, & inueteratis morbis tuto exhiberi poteſt, cœteris minime.

*Aliud purgans præſtantiſsimum.*

Rec. corticis ligni Ind. vnc. I.
Salſæ parillę minutim inciſæ vnc. i j.
Chinæ electæ vnc. s.
polipodi j quercini parum contuſi. vnc. I.

ma-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0054-0

macerentur 24.horas in lib.8 aquæ communis, & coquantur lento igne ad medietatẽ ſub fine adde.

fol. ſennæ, vnc.j.
Epithim, drac vj.
liquiritiæ raſæ, & parum contuſæ. vnc.s.
aniſi, drac.ij.
fiat omnium decoctum, cuius colaturæ exhibeantur vnc.v.& vj.

*Decoct. Antiuenereum non purgans.*

Rec. raſuræ ligni Ind. vnc.iij.
chinæ elect. vnc.j.
ſalſæ parillæ vnc.j.s.

Infundantur in lib.8.aquæ communis per 24. horas, & coquantur ad medietatem.

Sub fine addatur cinamomi, & ſacchari parum, ſaporis gratia. doſis erit vnc. v. vj. & viij. ſero & mane.

*Aliud non purgans omnium præſtantiſsimum.*

Rec. ſalſæ parillæ, vnc.vj.
cort lign.Ind. vnc.iiij.
chinæ electæ in taleollas diſſectæ vnc.v.
ligni ſaſſafras, vnc.iij.

macerẽtur triduo in lib. 12.aquæ fontis cũ drac. j.

ol. ſulphuris, dulcoacidi, facta ebullitione colentur, & in colatura noua medicamenta iterum triduò macerentur, atque vt priùs colentur Sub fine adde liquiritiæ raſæ, & parum contuſæ vnc. s. aniſi drac. j. cinamomi drac. i j. coletur, & ſecundum artem purificetur, vari js videlicet reiteratis cohobationibus, & filtrationibus. Sine quibus vix tutò adhiberi poteſt. Doſis eſt vnc. i j ad ſummum. fœces ſeruentur ad ſalis confectionem, vt inferius dicemus.

Qui ex eiuſmodi decocto extractum parare voluerit, methodum atque ordinem loco de extractis præſcriptam ſeruet, qua etiam via, aquam elicere non erit difficile. Alembico videlicet roſtrato, vaſi coctioni inſeruienti appoſito, cum ſuo recipiente. delicatioribus, & his, qui ægrè medicamenta aſſumunt, aquam & decoctum damus. cæteris decoctum, extractum, & ſal; quæ vltima deploratis, robuſtiſque exhibere ſolemus. Doſis certa & legitima non niſi longo vſu, & experientia cognoſcitur. Vſus itidem non vnicuique ęqualis, & vniformis tradi poteſt. Variæ ſunt naturę, morbi quoque varij, ſymptomata multiplicia, ideo doſis & vſus multiplex. & inæqualis erit.

Quantum ad victus rationem, nec quoq; omnibus ſimilem tradere licet. nobis vt plurimum ſiccam, & tenuem illam ab omnibus acceptam

diæ-

diætam vſurpare non eſt conſuetum. ſed apprime videmus, ne ordinaria, & longo vſu comparata viuendi habitudo temerè mutetur, tãtum interea ſubſtrahimus potus, quantum decocti in die porrigimus, ni alia ſubſit contraria cauſa.

Hucuſque de decoctis antiuenereis pro inſtituti noſtri ratione, ſatis ſuperq; dictum eſt. ſuperſunt alia, ali js morbis dicata vt Epileptica, arthritica, &c. ea autem arthritidi conuenientia reddimus, his arthritidi appropriata immiſcentes, vti & Epileptica, nec non ali js morbis accommodata, vt radices hellebori vtriuſque, hermodactilorum, eſulæ, acori, &c. herbas vt chamedryos, camæpithyos, primulæ veris, & ſimiles. Sed his omiſſis ad vulneraria nobis vſitata deueniendum. *Epileptic.*

*De Decoctis vulnerarijs.*

Rec radicis aſclepiadis vnc. 1. rhabarbari electi drac. 1.

fol. bugulæ,
alchimillæ,
borraginis,
agrimoniæ, } an. m. 1.

coquantur in vino & aqua, vt artis eſt, colaturæ dentur vnc. vj. & vij. bis in die.

*Aliud.*

℞. fol. coronopi,
ſaniculæ,
betonicæ, } an. m. j.
agrimoniæ,
capillorum ven.
baccarum iuniperi, p. j. liquiritiæ parum fiat decoctum vt ſupra.

*Aliud intrinſecus, & extrinſecus adhibendum.*

℞. Aſtacorum fluuiatilium, vulgo, gambari, num. 20. ariſtolochiæ rot. vnc. s.
radicis ſymphyt, maioris, onc. j.
fol. bugulæ,
alchimillæ,
ſaniculæ, } an m. j.
agrimoniæ,
betonicæ,
bulliant in s. q. aquę communis, & vini, vt ſupra extrinſecus vulneri apponitur cum plagulis in eo madefactis. Intrinſecus hauritur ad vnc. v j bis in die 4. horis ante paſtum, cui additur vnc j. ſyrupi capill ven. quod ſi ſitis adſit, totidem ſyrupi limonum addimus. non raro guttulas 3. vel 4 olei vitrioli dulcoacidi. Extrinſecus ſi vlcus cruentum

*Decocti vulnerarij vſus.*

ſit,

ſit, ſalis communis p. 1. addimus. mirrhæ aliquando vnc s. alia etiã *pro natura ſymptomatum vulneri ſuperuenientium*.

Mira eſt huius decocti vis, & energia, per ſe enim cuicumque vulneri etiam deplorato extra, & intra exhibitum medetur. In articulorum vulneribus, neruis, & oſſibus in totum præciſis ſuperiori anno in duobus ægris, id certiſſimum, & tutiſſimum experti ſumus. quare non immerito cæteris decoctis vulnerarijs anteferendum ducimus. *Decocti vulnerarij vis & facultas.*

*Decoctum coronopi, piloſellæ, roris ſolis i uæ arthet. &c.*

EX ſimplicibus decoctiones ſimplices ſæpe paramus, & more ſolito, ſimplicibus videlicet in aqua, vino, vel iuſculo coctis aut infuſis. vt

Rec. Coronopi cum radicibus m.iiij coquantur in s.q. iuſculi carnis, colaturæ adde olei ſulphuris tantillum. hoc decoctum vulnera pectoris intus hauſtum ſanat. *Decoct. coronopi* *Eius facultas.*

Decoctum aliorum ſimplicium eodẽ modo fit.

Piloſellæ decoctum, renum calculum frangit, & lienem imminuit. *Piloſellæ vis.*

Roris ſolis decoctum cruentis vulneribus medetur, phthiſi ſuccurit, &c. *Roris ſolis.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0059-1 DFG

*Iuæ et artheticæ.* Iuæ artheticæ decoctio cruentæ mictioni mirificæ confert.

*Agrimoniæ.* Agrimoniæ, vrinæ ardorem reprimit. multa alia, quibus frequenter vtimur, conſultò omittimus, & eò magis, quod in noſtris curationibus reperiantur.

### *De Decoctis ex animalibus deſumptis.*

PRæmiſsis vegetabilium decoctis, nūc de his, quæ ex animalibus parantur, dicendum.

Cùm autem eiuſmodi decocta cuiuis innoteſcant, & vulgari modo proprie iuſcula vocētur, eàque mulieribus, & coquis potiſſimum conficienda iubeamus, ſupereſt, vt ab his vnico exemplo, nos expediamus.

### *Decoctum lienis.*

*Animalium decocta idē ac iuſcula.* ℞. lienis caſtrati, vituli, aut alterius animalis hos minutim incide, vaſique vitreo ſtricti orificij indantur, vinum generoſum ſuper affundendo tantum, vt quatuor digitos ſupereminea; coquantur vaſe prius ſuo operculo probe obturato, ad calorem balnei maris, donec lienes ſatis cocti apparuerint, huic principio adduntur cortices tamariſci, capparorum, ſub fine cetrach, lingua ceruina, pi-

loſel-

loſella, & alia ſplenetica, ſi proliene. Si vero pro ciendis menſibus, radices valerianæ, fœniculi, apij, folia arthemiſiæ, calendulæ, matricariæ, & ſimilia colatura pauco cinamomi, & croco aromatizetur. Saccharo etiam edulcoretur, huius decocti doſis eſt vnc.iiij, mane ieiuno ſtomaccho. ſic ranarum, vermium terreſtrium, teſtudinum, aſtaccorum, limacum, viperarum, & aliorum animalium decocta & iuſcula parari poſſunt.

*Lienis decoctú pro liene & pro vtero.*

*De Decoctis, ſeu infuſionibus mineralium.*

QVanquam nouum & forte inauditum dogma in medicamentorum præparationē introducere videar. mineralia, vt pote elixationem ſuſtinere poſſe docendo; at ratione, & multiplici experientia edocti, magnas vires, è mineralibus hac via elicimus, atq; in noſtri vſum transferimus. Quid aqua chalibeata? in decoctione ferri. Si de ferro cur non de cœteris? agnouimus virum icterum epoto vino in quo pluries aurum extinctum fuerat, conualuiſſe, aquam in qua plumbum fuſum pluries extinctum fuerit, ferrum emollire, & ventrem, & artus refrigerare, aluum laxando.

*Ferri decoctio.*

*Auri decoct.*

*Plumbi decoctio virtus.*

Antimonium crudum, & coctum, in aqua qualibet infuſum, maceratum, & ebullitum corpus

ſupra

*Stibij decoct. vis et faeult.* ſupra & infra purgat, vt qui voluerit eo vti medicamine, accipiat antimonij crudi ſubtiliſſime triti vnc s. maceretur per noctem in tribus vel 4. vnc. aquæ vel vini, detur cuilibet, egregiè purgat ſupra & infra.

Fit vero alia infuſio ſiue decoctio antimonij, antimonium primò præparatum, ſiue in flores, ſiue in calcem, ſiue in vitrum, vſurpando, Puluis ille, qui Venetijs vulgo vocatur, Là poluere dell'Algarot, ea ratione vſurpatur. Cum enim priùs per noctem infundunt in vino, mane vinum percolatum exhibetur.

Sic & de regulo antimonij infuſio fit, & datur. *Poluere d. ll'Algarot.* puluerem illum Alguretum antimonij vires, & facultates de ſe promere lippis, & tonſoribus notum eſt cur ergo tam anxiè auri eſſentiæ nomine indigitabitur.

*Mercurij decoct.* De Mercurio quoque infuſio fit & datur, argentum viuum ad ſcrupulum in vino vel aquæ infusũ puerulis exhibitum vermes enecat. ex eo more noſtro calcinato, per coctionem, liquorem educimus multiplici vſui accommodatum.

*Sublimati abuſus.* Sublimatum multi hodie empirici in aquis roſarum, vel alterius generis ebulliunt, qua decoctione ſæpe non infœliciter vtuntur, tam in fœda ſcabie curanda, quam in alijs grauiſsimis morbis propulſandis. Quidam nunc Bononiæ degit, ſuæ pro-

profeſſionis deſertor, vti ſunt omnes huiuſce farinæ homines, qui eam aquam in qua bullierit ſublimatum, auſus eſt multos ſanare velle, iuncturas & alias partes inungendo. Non deſunt, & alij, qui ea vlcera ſanare aggrediuntur, non citra ſæuiſſima ſymptomata, non rarò etiam cum aliquo proſpero euentu, vnde empiricorum turbæ elatiores fiunt, & in Medicos grauiſſima conuitia euomũt, non ſine maximo eorum dedecore.

*Sublimatum Empiricos cõplures efficit.*

Item ex ſublimato in conuenienti liquore elixato, fit ſuffumigium medicamentum rarum, & ad multos vſus vtile. poſſem plures decoctiones, & infuſiones mercurij addere; At peritus, & ingenioſus medicus his longè præſtantiores ſibi effingere non erit difficile.

*Sublimati ſuffitus, ſeu vapor.*

Chaos mercurij à Paracelſo ſic dictum, decoctionis ſpecies eſt. de qua dum in particulari metallorum tractatu verſabimur, aliquid dicemus.

*Chaos mercurij.*

Sulphur in ſimplici aqua coctum præſtantiſſimum quoque medicamentum eſt. aqua enim in qua ipſum tota nocte maduerit, vel excoctum fuerit, intus ſumpta hepar refrigerat, febres iuuat, & alia præſtat. Extra, inflammationi cuicumque medetur, ſcabiem ſanat, & rubores faciei tollit.

*Sulphuris decoctum.*

*Eius facultas & vires.*

Vitriolum album in aqua communi, vel in iuſculo carnis diſſolutum ad drac s. & drac. j. ſuprà & infrà validè purgat, quo remedio crebro vtun-

*Vitrioli albi vtilitas et vſus.*

tur ruſtici in agro Nemauſenſi, & Vticenſi, degentes, montani præſertim, & maximè in pleuritide, & doloribus quibuſcumque lateralibus. nec ſine fructu.

*Alumen ad quid vtile.* Alumen in gargariſmate pro gingiuis roborandis, vlcuſculis in ore obortis, & alijs vtilitatibus commodè coquitur.

*Auripigmenti decoctionis facultas.* Auripigmentum item coctionem ſuſtinet, ærugo æris itidem, vt & pleraque alia, quæ breuitate omittimus. Placet tantum *collyrium* illud viride multis in locis vſitatum, hic apponere *pro coronide*. Igitur pro colirio viridi.

*Colirium viride.* ℞. æruginis æris drac. ij. auripigmenti citrini drac. j. aquæ roſarum, plantag. vini albi an. vnc. iij. miſce bulliant ſimul parum. maneat *decoctio* ſupra fœcibus, *nam ab his nouam vim* continuo elicit.

## SECTIO SECVNDA

### *De Infuſionibus.*

INfuſio, quæ, & maceratio *dicitur*, vt perfacilis, & trita, ita non paucis vel vnicuique innoteſcit. fit vero infuſio in aliquo liquore, nam non niſi ſicca, dura, aut ſimilia, quæ aliquo humore indigent, ad tranſmittendam ſuam facultatem



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0064-6

tatem, infunduntur. & hæc vel integra; vel trita, aut minutim conciſa. vaſa ad id opportuna, non ſunt à vaſis decoctionum diſſimilia.

Tempus, quo id fit varium eſt, quod paſſim in Decoctis, extractis, deſtillationibus, & ali js operationibus obſeruare licet.

Per eiuſmodi operationem tincturas florum elicimus. vt ex roſis rub. ſiccis, violis, &c. nam.

*Tinctura roſarum.*

SIc fit. Recipe roſas rubras ſicc. vnc. i j. has impone in libras v j. aquæ tepidæ, cum ſpiritum vitrioli, vel ol. ſulphuris, vel ol. ſalis drac. ii j. *maceratis per tres vel 4. horas, filtro tranſcoletur*, & ad vſum ſerua. *guſtui*, palatoue grata redditur, addendo ſacchari albi ſeſquilibrâ eius vſus eſt in febribus putridis. cor exhilarat, & ardorem febris compeſcit. ſitim etiam extinguit, &c.

*Tinctura violarum.*

EOdem modo ex violis tincturam habebis. at meliùs ex recentibus, quam ex ſiccis. ſuccum parant pharmacopolæ ex recentibus, his priùs a virore quocumque liberatis, eiuſmodi *ſuccus* cum tantillo ſpiritus vitrioli depura-

tus, & ad perfectionem adductus, cum ſaccharo pariter optime depurato, ſyrupum efficit, & præſtantiſsimum, & pulcherrimum. hoc interea animaduertendum venit, ne coquatur igne, nam coctionem minime ſuſtinet. cardiaca eſt eiuſmodi tinctura atq; thoracica.

*Croci Tinctura.*

EOdem plane modo, quo de roſis diximus. ſpiritum vitrioli non addimus, non enim hic liquidam ſeruamus, ſed ſole vel ſtuffa ad inſtar mellis addenſatam ſeruatur ad laudanũ vel aliud ſimile concinandum, liquida tamen pota calculi renibus mirificè conducit. cardiacis etiã affectionibus non parum confert, at dolores capitis in nonnullis excitat.

*Tinctura florum Papaueris rhœadis.*

AEſtiuis diebus tincturam florum papaueris rubri per infuſionem paramus, abſque additione ſpiritus vitrioli ea ſaccharo in formam ſyrupi condita medicamentum euadit anodinum optimum. eius Doſis eſt ad onc. 1. & onc. 2. & 3.

Rha-

*Rhabarbari Tinctura.*

EX rhabarbaro infuſio fit & tinctura clementiſsimè purgans. modus, loco de extractis clarus eſt.

Senna in frigida infuſa & mane colata, melanagogum efficitur præſtantiſsimum, in vino facta corrigitur, bis & ter repetita infuſio ſuper ipſiſmet folijs, eandem efficaciam obtinet. foliorum thitimali, laureolæ, peplis, lathyris &c infuſio idem quoque præſtat, ſed non adeo clementer.

*Mineralium infuſiones.*

NEc in *frugiferæ ſunt mineralium* infuſiones, quin imo ſummis virtutibus præditę.

Stibij infuſio etiam crudi, mira præſtat. calcinati meliùs, & commodiùs. vitri & reguli vehementiſsimè.

Mercurij infuſio, crudi & cocti, mira quoque præſtat, vermes cuiuſcunque generis enecando, eòſque foras propellando.

Infuſio vtriuſque fit in aqua, vel vino ad vnc s. ad vnc. j. pro vnc. vj. & viij. liquoris.

Aqua ſit, vel communis, vel ſcopo accommodata.

Sul-

Sulphuris infuſio in frigida facta per noctem Eryſipelati medetur. cutaneis affectibus facillimè ſuccurit.

Vittioli infuſio cyprini potiſsimùm, oculis medetur, fit in aqua euphraſiæ, roſarum, fœniculi etiam in aqua communi.

Tuthię magiſtraliter pręparatę infuſio, in aqua vel vino albo auſtero facta, oculis tutò medetur.

*Metallorum infuſiones.*

SAturnus calcinatus in aceto infuſus inflammationi citò ſuccurit, oculorum ophtalmiæ medetur.

*Iupiter ſiue ſtannum calcinatum*, & in vino infuſum, mira præſtat in affectibus vterinis.

Martis ſeu ferri calcinati infuſio in vino, mulierum obſtructiones reſerat, menſes mouet, & lienis tumores diſſoluit.

*Solis terreſtris præparationes, & infuſiones* aliò diſtulimus.

Veneris calcinatæ, & lotæ, vt in ſecunda parte dicturi ſumus, infuſio, in renum affectibus mirabiles edit effectus, & extrinſecè oculorum viti js omnibus ſuccurrit.

Lunæ, ſeu argenti calcinati infuſio, in aqua cõ-

muni

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0068-8
DFG

muni facta oculis pariter ſuccurrit. multa & alia præſtat de quibus in ſecunda parte.

## SECTIO TERTIA.

*De vinis medicatis.*

VIna medicata quotannis in *cronicis* morbis præſcribere ſolemus, & maximè vindemiarum tempore, muſto adhuc feruẽte, cùm adhuc ſubtilis eius eſſentiæ in fœcibus ſeparandis nondum fracta, ſimul mixtorum ſimplicium corpora permeat, & ab his congenerem ſubſtantiam educere potens eſt. qua ratione veteres *eiuſmodi vina pararent*, *nondum ſatis exploratũ* habemus, *& de his atque de multis alijs ſolam* experientiam ducem agnoſcimus, qui ad communes qualitates reſpiciunt, multa calida ſimul miſcent. peculiaribus qualitatibus non neglectis vt vbi excalefacere caput auent, non tantum calida, ſed & cœphalica ea eſſe oportere iudicarunt. qui idem purgare ſimul & *excalefacere deſiderant*, *calidis* purgantia ſimul miſcuerunt. *Sic & per* 4. humorum diſcrimina facta eſt componendi ratio. ſingulæ item corporis partes, varias quoque vinorum medicatorum ſpecies connotant. de quibus Vueckerus in ſuo Antidotario poſt Dioſcoridem, Columel-

lumellam Arnald. Villanouan. & alios multas recitat Quercetanus omniũ nouiſsimus in ſua Pharmacopœa reſtit. *Elegantiſsimas*, & optimas vinorum medicatorum formulas *proponit*, ad quem liberè lectorem remittimus. nonnulla interim in exemplum adducemus, quædam præſertim nobis vſitata.

*Vinum ex herbis, floribus, ſeminibus, radidicibus, & alijs.*

VIna pro quotidiano vſu paranda aduerſus chronicos morbos, ſunt, vel ex radicibus, vel ex lignis, corticibus, folijs, floribus, fructibus, & ſeminibus. vel ex eorum eſſentijs, extractis, ſuccis, &c. vel tandem ex mineralibus.

*Vinum ex lignis, & radicibus.*

RAdices & ligna priùs ſicca tundantur, vel *incidantur, vel limantur vt* Guaiacum. Quantitas pro ægri natura, & radicis, vel ligni conditione deſumitur. hæc vt dixi tuſa vel inciſa, vini dolio indantur, ac deſuper muſtum vini affundatur: nulla coctione præmiſſa. Sic eos non læuiter errare arbitror, qui prius radices vel her-

herbas cum muſto coquunt. vas ab hinc tres vel quatuor dies optimè turare oportet, ea tamen lege ne feruore nimio, muſto videlicet æſtuante, diſrumpetur vas. Superiori foramini ſoleo aptare alembicum vitreum quo ſubtiliſſimum, & fragantiſſimum ſpiritum educo, quod ſeorſum ſerua ſi velis, aut deferueſcenti muſto reaffunde, vt medicamenti integra vis remaneat in vino.

*Vinum Elleboratum.*

RAdices ellebori nigri aqua communi loti & ab omni terreſtreitate liberi ad li. j. accipio, has in vmbra paululum exſiccatas incido forficibus, & citra aliam præparationem in lib 150. muſti infundo, exacto tempore 40. dierũ vinum poteſt vſurpari ad libitum, vnc. vj. manè ieiuno ſtomacho. eius vſus mirabilis eſt in morbis lienis, capitis & vteri. Sanguinem in liene rectificat, cordis palpitationes inde ortas tollit. melancholiam abigit. Epilepſiæ, & Apoplexiæ maximopere conducit, eius vſus ſit ad integrum, & duos menſes.

*Vinum Guaiaci.*

IN vino guaiaci parando à communi conſuetudine minime recedo, excepto in ebulitione,

quam nonnulli præmittunt. Sæpius ligni limaturæ cortices ipſius ligni addo. vaſis orificium ſuperius obturo cum alembico vitreo, & per ipſum elegantiſsimum ſpiritum prolicio, quem vini dolio reaffundo exacto fermentationis tempore. interea alterius diebus nouum muſtum reaffunde, quo vas fere ſemper plenum remaneat, ferè inquã vt facilius ferueat, & commodius alembici os vaſis orificio aptetur vſus ipſius eſt in cibis loco vini pro potu ordinario, vt moris eſt.

Ex Corticibus eiuſdem Guaiaci, tamariſci, &c. vina medicata fieri poſſunt.

Ex folijs item ſiccis, floribus, ſeminibus, &c.

Ex fructibus ſuccus extrahitur, ipſis prius contuſis ac prælo vel torculari expreſsis. eiuſmodi ſuccus ſi vinoſus per ſe vinum exhibet, & palato gratum, & vſui medico per opportunum, In frigidis regionibus maximè in Britania, & Normandia vbi vitis ob frigoris inclementiam minime adoleſcit, vinum ex pomis conficiunt, item ex piris, ſorbis, & alijs fructibus vinoſis.

In nonnullis Italiæ locis vina parant pro febricitantibus ex ceraſis dulcoacidis vulgo marenes, aut ex magis acidis, vulgo maraſche, atque ex malis granatis. Sed hæc vt trita, & ab inſtituto aliena miſſa facimus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0072-0

*Hydromel vinoſum.*

VInum proximè æmulatur liquor ille, quē ex melle cóficiunt, Hydromel vinoſum à Medicis appellatum, id à nobis non alia ratione conficitur, quàm ea, quæ habetur penes. Bern. Penotum, & Ioſeph. Quercet. fit vero ex lib. xv. mellis albi Hiſpanici, & aquæ cummunis lib. 75. facta coctione ad vnius tertiæ partis conſumptionem reponitur in doliolo ligneo vinū album, & generoſum maluaticum, vel aliud ſimile iamdudum continente, intercoquendo ſpuma continuo exſurgit, quæ cochleari apto aſsidue remoueatur. & vt craſsiores fœces mellis certius ſegregentur, in principio cola totum per pannum laneum manicæ inſtar conſtructum, & eo modo quo muſtum recens in nonnullis locis Italiæ percolant, vel vt Galli ſua vina hyppocratica, & vbique aromatarij ſuos iulepos. vas plenum in loco calido vti in ſtuffa repone, etiam æſtiuis diebus ſolijs radijs exponatur, & vas quotidie, vel alternis diebus hydromelite plenum conſeruetur, ſicq; melius fermentatur, & quæ ſuperſunt fœces, tam craſſæ, quam ſubtiles ſegregantur. Seſqui menſe peracto, quo tempore hydromel fit vinoſum, & planegeneroſum ad inſtar vini generoſi, maluatici,

vel alterius generis, vas in cella vinaria ad vſum ſeruetur, nos ſæpe intra duos menſes eo vſi ſumus. verum quidem poſt trimeſtre potentius, & melius.

Interea mirum videre eſt, quomodo id liquoris genus aquam vitæ & flagrantiſsimam & excellentem exhibeat, item & acetum generoſiſsimum & fortiſsimum.

Verùm magis mirentur quomodo ex frumento fermentationis medio fiat vinum pariter generoſum & guſtui gratum, & quo pacto ex eodem liquore aquam vitæ & acetum elicere poſsimus. Sed hæc noſtrum excedunt inſtitutum.

Hydromelitis vinoſi vires ſunt multiplices, in podagra, calculo, aſthmate, tremore membrorum, Epilepſia, alui ſiccitate inueterata & in nonnullis febribus.

### *Vina ex mineralibus compoſita.*

FErreo hoc noſtro ſeculo, vbi morbi pluſquã *Martiales, imò & Saturnini maxime vigẽt,* durum videre nõ eſt ſi ſæpiùs cogamur metallis ipſis vti in edulis pro ſalutiferis remedijs, Etenim quibus vegetabilia & animalia non valent, valeant ſaltem mineralia, nec obſtat, quod contrarium ſentiat ignarum vulgus, ſcimus hos ſcio

*los*

los inuidentię & ignorantię plus ſapere, quam eruditionis. & doctrinæ *ſi mineralia explodenda, explodentur & ipſi qui ægros ad minerales aquas remittunt, qui chalybem* quotidie vſurpant. qui hydrargiuum, qui auri, & argenti foliola, qui ſulphur, vitriolum & diuerſa ſaliũ genera, ſed de his alibi.

Sulphur ſublimatum in dolijs vini ad ſufficientem quantitatem infuſum, vinum mirabile reddit, ad diuerſa morborum genera. Imprimis aduerſus mercuriales morbos, ſic, qui caſu, vel arte fumum mercurij exceperunt, vel qui mercuriali vnctione peruncti ſunt, conſimile vinum aſsiduò bibant. pulmonicis, aſthmaticis, ſcabie infectis, lue venera contaminatis mirificè confert.

*Si attentè Medici* connotarent, cur ſulphuris vapor (*quod artificium fit hìc Bononiæ, & in alijs* Italiæ locis,) vinum ne pendulum fiat, cohibeat, ſcirent, qua vi polleat ipſum, in arcenda putredine, è corpore humano. poſſem de eiuſcemodi vino plura dicere, at vereor ne vltro dicendo inuitus cogerer in inueteratum errorem de abuſu mineralium incidere. *Vinũ ne pend ulũ fiat.*

Vitrioli Balſamum vino adiectum, id ipſum vinum reddit præſtantiſsimum, & ad multos morbos vtiliſsimum. *Vitrioli Balſamũ.*

Antimonij Tinctura vinum reddit omnium præſtantiſsimum: id verè ſanguinem renouat, cu- *Tinctura Antimonij vinũ.*

tis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0075-7

*Eius præſtantia.* tis infectiones, lepram ipſam ſanare creditur, erraticis febribus medetur, cachochimiam tollit, arthritidem, & omes tartareos morbos è veſtigio delet. roborat & confortat cor & cerebrum, multa & alia miranda præſtat, quæ non niſi vſu & experientia cognoſcuntur.

*Crudi anthimonij vinum.* Ipſummet Anthimonium, crudum & citra vllam præparationem vino continenter detentum, imprimit mirabilem proprietatem contra concretionem calculoſam.

*Eius noxia.* Excoctum tamen & à mercuriali, parte *illa* volatili liberum, magis probo, nam crudum flatus multos parit, & nonnunquam ventriculi ſubuerſionem eius quantitas perexigua ſit.

*Mercurij vſus in vino.* Non deſunt qui & mercurium *crudum in dolioli fundo detinent; ferunt vinum* ne aceſcat, aut vaporem contrahat aut pendulum fiat, ea ratione factum eſſe, nos tale vinum ad ventris lumbricos plurimum valere certò ſcimus, item è capite per os multum pituitæ educere, & inueteratis coli doloribus mederi. In eiuſmodi vinis recenſendis breuior, & *laconicus nimis ſum, & forte pluſ*quam rei natura exigat. at Tyronib. res *eſt* periculo plena, artis vero peritis notiſſima & facillima.

*Ex Metallis.*

OMnium metallorũ ſolum ferrum vina medicata efficit. Quidam idem ferrum limatum accipiunt, idque doliolo imponunt vel ſacculo incluſum, vel ſic ſeorſum, ſit verò priùs a ſordibus repurgatum. *Vinũ ex ferro.*

Nos chalybem vel ferrum optimè limatum accipimus, idque cum duplò pondere ſulphuris calcinamus vti in ſecunda parte huius operis dicemus ſpeciali capite de ferro. præparatum ex eo vitriolũ vini cado infuſum, & diſſolutum vinum reddit efficaciſſimum & nobiliſſimum. vitrioli vero parandi ratio in ſecunda parte habetur.

Ex metallorum *tincturis*, & *Eſſentijs* vina cõplurima excogitari poſsũt, at hæc nec nobis in vſũ veniunt, nec a quopiam vſurpata fuiſſe exiſtimo.

## SECTIO IV.

*De Aquis deſtillandis.*

AQuis frequentiſſimè vtuntur chymici, eſtque prima operatio, quia, ipſi, primò in arte medica vulgo innotuerũt. verũ eiuſmodi

*Vaſa plū-bea repro-bata.* modi operatio hodie adeo nota eſt, vt ne lippos quidem, & barbitonſores lateat. vulgaris illa methodus, qua herbæ per vas plumbeum deſtillantur, meritò exploditur, in aquis tamen plantaginis, ſolatri, & alijs extrinſecè admouendis, ea nō omnimo reijcienda eſt ſic aqua roſarum pro inflāmationibus oculorum ſedandis pulchrè per plumbum deſtillatur. Aqua item illa a noſtris chirurgis aluminoſa dicta, nec ſine occaſione per id vas deſtillatur. At ad intrinſecos vſus, eam cum cœteris plane condemnamus. vaſa terrea vitriata, vitra ipſa optima ſunt; formæ eorum omnibus notæ ſunt; vas quod refrigeratorium, dicitur, hodie vbique locorum innoteſcit. Eſtque æneum, vt plurimum interius ſtanno obductum, cuius pars inferior ampla eſt admodum, res deſtilandas continens; ſuperior tribus partibus conſtat, canula pro vaſis proportione; ampla, & alta. alembico, cum roſtro, & cacabo æneo. nos loco huius vaſis aſſumimus vas rotūdum terreum deuitriatum, ſtricti, & anguſti orificij, rotundum inquam, pilæ inſtar, cuius orificio, craſſioris digiti amplo, cannula ſtānea, vel ferrea, vel ænea, ſtanno obducta, inſeritur. eiuſmodi cannula vaſi alteri aquæ pleno immergitur, hòcq; pacto eſſentiæ herbarum ſine odoris, & ſaporis iactura educuntur. Item aquæ vitæ mirum in modum excellentes, & præcioſæ.

*Eadem in nonnullis approbata.*

*Aqua aluminoſa.*

*Eſſentiæ herbarū cum odore, & ſapore.*

Per

Per ſimplex vas vitreum, vel terreũ fiunt etiam eiuſmodi aquæ, *at non tanti valoris*.

*Ignis Lucernæ cũ oleo, vel cũ aqua vitæ.*

*Ignis carbonum.*

*Raſuræ lig. cineris, &c.*

*Fimi equini calor.*

Supradicta vaſa igni multiplici aptantur; etenim quidam ipſis ſupponunt ignem lucernæ, alij ignem carbonum, lignorum, cinere, ſcoria ferri, arena, vel alijs interiectis, alij ſtuffam balneum mariæ, & balneum vaporoſum. calor fimi equini hæc omnia longe ſuperat, at mitis eſt admodum, & quo ægre aut niſi longo tempore aqua ex ſtillari poſſit. nos eius medio aquam vitæ fragrantiſſimam è vino elicuimus.

*Deſtillãdi modus præſtantiſſimus.*

Aquas vulgato mora diſtillatas raró vſupamus, eò quòd parum efficaces ne dicam nullius facultatis participes. ea de cauſa, quæ in noſtri vſum veniunt, eas ſic parandas iubemus ſi herbæ ſint recentes, & ſucculentæ, eas primum inciſas cultro, vel forficibus, in mortariolo contundimus, contuſas cum ſuo ſucco, vaſi vitreo, vel terreo vitriato ſtricti orificij indimus, dictum vas in loco frigido per aliquot dies reconditur, donec herbæ, & ſuccus acorem quendam contraxerint, tunc per refrigeratorium deſtilla, vel per vas noſtrum rotundum, cum ſua cannula aquæ frigidæ immerſa. cannula contorta ſit, ea maximè pars quæ aquæ immergitur, ſerpentes, & hoc modo ipſi poſſunt inſeri.

Item, & aliæ formæ de quibus plura apud arti-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0079-3

fices. hac via prodibit mercurialis ille liquor cœleſtis, qui ſi non ſatis vim plantæ redoleat, recentem herbam iterum accipe, cui tuſæ in mortariolo, vt priùs, extractam aquam reaffunde, quam denuo deſtilla, ſic ſecundo præſtantiſſimã aquam excipies. quam denuo ad maiorem perfectionis gradum deduces, ſi, tertia vice, aqua, recenti herbæ reaffundatur, atque deſtilletur. ex multis herbis, floribus, & ſeminibus hac via aquam vitæ ſuauiſſimam elicies.

*Aquarũ virius, quõ multiplicãda.*

Si herbæ ſint ſiccæ aut parum ſucculentæ, inciſis, & tuſis aquam communem affundimus, vaſaq; eo modo quo diximus in loco frigido per aliquot dies aſſeruamus; ei etiam addimus parum fermenti ad hoc præſertim, vt citiùs acorem, ſeu fermentationem nanciſcantur, tunc procede vt ſupra.

*Aquæ aromatũ fermentatione non ſemper indigent.*

Aquę aromatum eiuſmodi fermentatione non ſemper indigent, ea maximè cuius odor in ſuperficie conſiſtit. vt florum limonum, arantiorum, violarum, florum charyofillorum, iaſmini, & aliorum. ſecus odor in auras abijt, ſed cum primùm collectis floribus, & vaſi inditis educitur aqua per balneũ vaporosũ, quę nouis floribus reaffuſa, & iterum extillata, floris odorũ elegantiſſimũ redolet, aqua flagrans, & odorifera in ſuperficie conſiſtit, ideo pauca admodum è floribus educitur, & ea, quæ ſtatim primam inſequitur, ingrati eſt odoris.

Aquæ

Aquæ cinamomi, gariofill. indorum, macis, piperis, & aliorum aromatum exoticorum maceratione duorum vel trium dierum tantum indigent.

Cœterùm in aquis deſtillandis nihil quod non ſit cognitum habemus dicendum, qua propter qui de his plura deſiderat aliorum libros euoluat, inter neotericos Quercetanum, Vveck. Portam, Vlſtadium, Euonymum, &c. ſuperſunt nobis, quædam compoſitę proprio vſu, multipliciq; experientia cognitę, quas hic cũ alijs noſtris appendere volumus.

*Aqua Cardiaca ad verſus venena, & contagium.*

℞. Rad. Vincetoxiri,<br>
valerianæ,<br>
*gentianæ,* } an. *lib. j. s.*<br>
ſcorzoneræ,<br>
anthoræ,<br>
fol. galegæ,<br>
ſcabioſæ,<br>
ſuccisæ,<br>
meliſſæ,<br>
card ben. } an. m. iiij.<br>
vlmariæ,<br>
cicerbit.<br>
pinpinell.<br>
borag.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0081-0

macerentur triduo in lib. iij. ſucci ſcorzoneræ, veronicæ, cum lib. j. vini albi deſtillentur balneo mariæ, & fiat aqua, doſis erit ab vnc. iij. ad iiij.

*Alia.*

℞. Rad. Angelicæ, vnc. iij
ſcorzoneræ,
valerianæ,
imperatoriæ, } an. vnc. 2.
fol. ſcordij,
veronicæ maris,
vlmariæ,
agripalmæ,
meliſſæ,
borag. } an. m. iij.

Infond per 4. dies in s. q. vini albi, deinde deſtillentur in balneo mariæ, in deſtillata aqua item infunde.

Confect. Hyacint.
alchermes,
*diamarg. frig.* } an. vnc. iij.
Theriacæ antiq. *lib. s.*

Deſtillentur rurſus, & fiat Aqua. doſis vnc. iij. ante bubonum eruptionem.

*Aqua*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0082-5

*Aqua Neuphritica.*

| | |
|---|---|
| ℞. radicum ononidos, | vnc. iiij. |
| apij, raphani, | an. vnc. ij. |
| herbarum argentinæ, turcicę, alias herniarię, betonicæ, pimpinellæ, piloſellæ, cetrach, | an. m. iij. |
| fructuum roſar. ſilueſtrium alchechengi | an. vnc. j. s. |
| ſem. milij ſolis, hypericonis, *carui, dauci.* | an. vnc. j. |
| *ſucci limonum,* | *lib. j.* |
| vini albi generoſi. | *lib. v.* |

macerentur hęc omnia parum trita in fimo equino in vaſe vitreo per 6. dies, demum calore cinerum eliciatur aqua, quæ ſecundo nouis, & recentibus rebus reaffundatur, eàq; triduò macerétur, atq; deſtillentur, vt priùs fœces crementur in vaſæ fictili, & à cineribus ſal extrahatur, quod aquę immiſcere poteris, vel ſeorsũ ſeruare. huius aquę doſis eſt vnc. ij. & iij. Calculũ in renib. & veſica cõminuit, vrinã potenter mouet: extant apud Querceranum aquę huiuſmodi virtutes, quas qui deſiderat ſuũ authorẽ conſulat.

*Aqua*

### *Aquæ antipilepticæ, apoplecticæ, & ſimiles.*

HAbentur eiuſmodi aquarum perpulchræ deſcriptiones apud eundem Querceta-num, quas tamen minimè vſurpamus, minus alijs vſurpandas ſuademus; nobis enim ſemper diſplicuit tanta rerum farrago. Pro theriacali aquā ſequenter ſurpamus, qua in prædictis affectibus vti poteris.

| | |
|---|---|
| ℞. radicum Imperarorię, angelicæ, gentiane, biſtortæ, zedoariæ, | an. vnc. iij. |
| foliorum meliſſæ, vlmariæ, agripalmæ, ſcabioſæ, acetoſæ, card.ben. | an. m. iij. |
| cort citri, *ligni aloes,* Schoenāthos, *ſantali albi,* & *rub.* cinamomi, gariofill. macis, | an. vnc s. |

Infundantur omnia triduò in lib. vj. vini albi in libi. j ſucci borraginis, deſtillentur poſt modum per balneum mariæ. affectibus cordis ſum mope-

mopere confert, hinc in peſte præſtantiſsima eſt. valet, & ad ferarum venenatum morſum, &c.

Vſurpamus, & ſæpe aquam ſequentem pro affectibus vterinis, vt & in multis affectibus capitis. in his maximè in quibus vis roborans, & narcotica deſideratur.

*Aqua hyſterica.*

℞. radicis valerianæ mai. ſiccæ vnc. iiij.
fol. matricariæ,
tanaceti,
arthemiſiæ,
abſinthij, menthæ,
maioranę, pulegij, } an. m. iij.

Infundantur per 24. horas in s. q. vini albi generoſi, in loco calido, forti expræſſione prælo ſubigantur. In colatura infunde.

galangæ,
gingiberis,
macis,
piperis longi, } an. vnc. j.
ſpicæ indicæ, croci,
Schoenāthos, calami
aromatici, } an. vnc. s.
opij thebaici, vnc. ij.
ſem papaueris albi drac. j. s.

cam-

camphoræ vnc. i j.

Macerentur triduo in fimo equino, & iterum torculari exprimetur; fœcibus aquam vitæ affunde, & reliquum ticturæ ab his abſtrahe à colaturis ſimul commixtis vrinali vitreo cum ſuo capitello aquam prolicito, quam ad vſus multiplices ſeruabis, vterinis affectibus potentiſſimè ſuccurrit, eiuſdem ſuffocationibus citò medetur: cuicunque flatulento affectui promptè leuamen affert, vertigines ſanat, quemcunque capitis dolorem ſedat, articulorum doloribus non minimùm conducit, Magma à deſtillatione in fundo vaſis relictum. extracti ſpecies eſt, laudani illius opiatici tantopere laudati vires, & facultates obtinens, cuius doſis eſt gr. i j. ii j. iii j. & v. De aqua datur vnc. s. & vnc. j. ad duas vſque.

*Vires.*

*Laudani ſpecies eius vſus.*

*Aqua hydrotica.*

℞. limaturæ ligni Indici lib. j. s.
corticis eiuſdem ligni vnc vj.
Salſæ parillæ, } an. vnc. jx.
chinæ electæ, }
ſem. cardui ben. }
bacc. iuniperi } an. vnc. j. s.
gingiberis }

macerentur octiduo in s. q. vini albi generoſi cum

ol.

ol. vitrioli vnc. s. & calore cinerum vel arena, aquã prolicito, quæ recentibus reaffuſa & deſtilata vſui reponatur. *Dentur iij. iiij. & v. vnciæ pro doſi, ſudores mouet, luem veneream ſanat, & alijs grauiſſimis affectibus ſuccurrit. vti apoplexiæ, paraliſi, hydropici, & aſthmati.* *Doſis vſus & facultas.*

*Aqua febrifuga.*

Rec. hederæ terreſtris cum folijs, & radicibus,
apij item integri,
fol. cichorij, acetoſæ,
centauri minoris, } an. m. vj.

*macerentur triduò herbæ omnes contuſæ, & per balneum mariæ proliciatur aqua, quæ recentibus herbis reaffuſa, iterum extillatur, vt priùs.* In dictæ aquæ vnc. iiij. ſi per noctem infundatur magneſiæ ſaturninæ bis calcinatæ vnc. s. & mane coletur, fit aqua verè febrifuga. cuius doſis erit vnc. iiij. v. & vj. paulo ante paroxiſmum. *Doſis.*

*Aqua Zingiberis.*

℞. Zingiberis integri q. s. infũde in q. s. vini generoſi per 8. dies dein deſtilletur, & fiat Aqua, quæ ventriculũ excalefacit, roborat, & exſiccat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0087-4
DFG

appetitum excitat, & ſudorem mouet datur ab vnc. s. ad vnc. ij.

*Aqua Cinamomi.*

AQuam Cinamomi ſæpius cum ſola aqua communi prolicimus, præmiſſa maceratione trium, vel quatuor dierum. Vtimur ad hoc vaſe refrigerante, vel alio ſimili, item vrinali vitreo cum ſuo capitello, *cuius recipiens* aquæ immergitur. alio modo, at cum vino *albo*, vt *ſic*, accipimus, cinamomi lib. 1. eam parum contundimus, atque in vrinali vitreo cum ſufficienti quantitate vini per tres dies infundimus: vaſe autem probè obturato cum ſuo *recipiente balneo mariæ committitur, igneq; adacto elicitur* aqua. huic aquæ oleum innatat in exigua quantitate; prima aqua, quæ lactea cernitur, recenti cinnamomo reaffunditur, atque deſtillatur, vt priùs, ter eiuſmodi operatio reiteratur, qua via multum olei elicitur, & aquam odoratiſſimam, & ſuauiſſimam percipies.

*Aqua Cinamomi.*

| | | |
|---|---|---|
| ℞. | Cinamomi electi | lib. j |
| | Spiritus vini | lib. iij. |
| | Aquæ roſarum | lib. s. |

ma-

macerentur triduo in fimo equino, demum per balneum mariæ educitur aqua fragrantiſſima.

*Aqua Cinamomi.*

Rec. Cinamomi electi parum contuſi lib. j. s.
ſchœnanthos, foli j indici an. vnc. j.
gariofil. vnc. j.
vini maluatici *lib. iii j.*
aqu. roſarum lib j.

triduo maceratis, in vrinali vitreo, lento calore prolicitur aqua præſtantiſſima. Epilepſiæ confert, animales ſpiritus recreat, auget memoriam, & refrigerato ventriculo ſuccurrit. *Facultas.*

*De Aquis odoriferis.*

EX omnibus odoratis floribus, flagrantiſsimas, & odoratiſsimas aquas elicere poſſumus. vt ex roſis, iaſmino, violis purpureis; cariophillis, floribus arantiorum, & ali *js.* modum autem ſupra tetigimus. interim colligantur flores tempore quo Solis calor virtutem non reſoluerit. eòſque ſtatim vrinali vitreo reconde, atq; blando calore proliciatur aqua, caue ne ignis vehemens ſit, paucaq; aqua eliciatur, & ea quæ à primo vapore reſoluitur, ſeruetur; ſecus quæ à toto

compoſito prodijt ingrati eſt odoris, & alteri mixta odorem illius euertit, omnino augebis odorē, primam aquam nouis floribus reaffundendo, quod ſi ter reiteretur huiuſcemodi operatio, aqua ſit præſtantiſsima.

Ex roſis aqua eodē modo paratur, & quia odor fixius hæret ſubſtantiæ, longiorem ſuſtinet euaporationem, patiuntur & macerationem, vt in principio diximus, flores vero qui in ſola ſuperficie continent odorem, maxima cautela extillantur, primi enim vapores in roſtrato capitello tantummodo excipiantur, contrarium agentes, oleum, & operam perdunt. vſus eiuſmodi aquarum maxime eſt in ſpiritibus roborandis, & exhilarandis, vires earum multiplices ſunt, etiam in peſte, morbiſq; contagioſis.

*Vſus, & facultas.*

*Aqua odorata compoſita.*

Rec. ſantali citrini vnc. j.s. radicis cyperi,
ligni aloes, calami arom.
corticis citri, } an. vnc. s.
roſarum rub. ſicc.
benioini,
ſtyracis calamit. } an. drac. x.

terantur terenda, & octiduo macerentur in ſuff. q. aquæ roſarum demum aqua proliciatur calore

bal-

balnei vaporoſi, & ſeruetur ad vſum. In dicta aqua nodulus ambræ griſeæ & moſchi orientalis an. drac. j. plenus continuo immergatur.

*Alia.*

Rec. radicis ligni rhodi j.
Santali citrini,
cyperi,
ireos } an. onc. j.s.
calami aromatici,
ſtyracis calamitæ,
benioini
gariofillorum } an. onc. s.

macerentur triduo in s.q. aqua florum arantiorum vel roſarum. poſtmodum balneo, vel refrigeratorio deſtilletur.

*Aquæ Soporiferæ.*

Rec. ſeminis cicutæ vnc. j.s.
ſem. papaueris albi drac. vj.
hyoſchiami
lactucæ, } an. vnc. iij.
fructuum maturorum mandragoræ } an. vnc. j.
ſtramonij cum ſemine, opij thebaici, } an. vnc. j. s.

ſuccorum lactucæ ſilueſtris } an. lib. i.s.
aquæ vitæ optimæ

hæc omnia tuſa macerentur triduo in vrinali vitreo, poſt modum lentus ignis ipſi ſubijciatur, doſis aquæ erit vnc. i. & ij.

*Alia.*

Rec. ſuccorum hyoſchyami albi,
fol. papaueris albi, & nigri,
mandragoræ } an. lib. s.
hederæ,
cicutæ,

*Alia.*

Rec. Daturæ ſeu ſem: ſtramonij albi lib. j. macerentur triduo in s. q. vini albi deſtilletur poſtea, & ad vſum ſeruetur doſis erit vnc. s. ad vnc. j.

In his ſuccis infunde Iolij,
ſem. lactucæ, } an. vnc. j.s.
opij,

hæc aqua ter à magmate abſtrahatur, atque ſic potentiſſima aqua educitur.

De

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0092-5
DFG

## *De Aquis Animalium.*

ANimalium, vt ſtirpium aquas præparare v-ſuique noſtro reponere nobis moris eſt. Itaque aquas animalium, vel integrorum, vel eorum partium, varijs modis, varijſque inſtrumentis elicimus, quaſdam putrefactione, ſubſtantiarum ſegregatione, heterogenearum videlicet, quibus conſtat præmiſſa, quaſdam nulla, ſed eas ab integris ſeparamus.

Nonnullas balneo vaporoſo, atque calore aquæ tepidæ.

Quaſdam igne cinerum, arenæ, igneque ipſo aperto. Quædam ſine alterius mixtione, ſeu ex ſolis animalibus, aut eorum partibus, quædam verò cum mixtione alterius, vel alicuius additione aquæ commodiùs educuntur & nobilitantur.

## *De Aquis Caponum, & aliarum viribus reparandis dicatarum.*

DVplici modo fiũt eiuſmodi aquę, vel enim per balneum mariæ, carne prius inciſa, & vrinali vitreo indita, pauco vini maluatici adiecto, vt irrorentur carnes, & tantillo cinamomi ſaporis gratia, vel prius capones bene

co-

coquunt, & iuſculum, & caponum balneo rorido deſtillant, qui modus hodie vſitatiſſimus eſt.

Alio modo; Carnium, portio filis alembico appenditur, exhalantèque vapore è ſubiecto vrinali caro excoquitur, eàque aquam ſiue iuſculum fundit gratiſſimum. In vrinali vinum vel aqua roſarũ, boraginis aut alterius generis liquor prius immittitur. Vrinale ſit cæcum & fere in modum circulatorij. Si cinamomum, aut aliud aromatum ſuperadantur ſuauiorem reddet liquorem.

*Aqua cancrorum fluuiatilium Vermium terreſt. &c.*

AQuæ cancrorum fluuiatilum, gallis Eſcreuiche, Italis gambari, per balneũ mariç, vel etiam calore cinerum excipiuntur, integri ſumuntur, iique bene loti vrinali vitreo induntur, cum pileo roſtrato, ſine additione alterius liquoris eiuſmodi aqua, vſus eſt mirabilis inflammationibus ſedandis, vrinam pellit, & rabidorum canum demorſis ſuccurrit, vulneribus pectoris continuò ſumpta mirificè opitulatur, ſitim extinguit, & renum calculum comminuit.

Aqua vermium terreſtrium eodem planè modo fit, ipſis priùs vino albo probè a terreſtreitate lotis, & repurgatis, hæc aqua phthiſicis auxiliatur, ſanguinem ſiſtit, menſes prouocat, obſtru-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0094-6

ctiones reſerat, vermes puerorum enecat, intrinſecis vulneribus confert & alia præſtat adhuc incomperta.

*Aqua Ranarum.*

Rec. ranæ capiuntur ſub fine menſis Martijs vel initio Aprilis, (omnibus etiam temporibus, neceſsitate cogente, ſed tunc minus efficaces) viuæ domi triduo in aqua ſeruantur, tuncque lotæ, vrinali vitreo integræ & viuæ imittuntur, atque pileo roſtrato ipſi impoſito per calorem balnei maris exſtillatur aqua; eius vſus eſt manè ieiuno ſtomacho vnc. ij. pro doſi diuturnas hæmorragias reprimit, muliebres fluxus, quos flores albos appellant mirifice iuuat. quòd ſi nulla ſubſit praua cacohetia, radicitus ſanat. *Proprietas, & vſus aquæ ranę.*

Spermatis ranarum aquam, eo quo diximus modo elicimus. colligitur eiuſmodi ſperma menſe Aprilis nullaque lotione præmiſſa, balneo vaporoſo aqua educitur. Et quia iſthæc aqua citò corrumpitur, eius ſuccum linteaminum fruſtulis combibimus, eæque vmbra, vel ſole exſiccantur. *Aqu. ſperm. ranarum.*

His vtimur, aqua ranarum prius madefactis, in omni ſanguinis fluore, in Eryſipilate, in arthriticis doloribus, & in ambuſtis. eæ etiam cancro vlcerato non parum proſunt, nam ab eo enatos dolores ſedant. *Eius vſus & vires.*

*Pul. ranarum vſus doſis, & virtus.*

Quidam ranarum partem inferiorem reiecto pectore & capite cum pelle tantum accipiunt. nos eas integras deſtillamus, & eæ in vaſe poſt extractionem remanent, quæ poſtea lento igne exſiccantur, atque in puluerẽ reducuntur. cuius drac. s. & drac. j quotidiè exhibemus; puluere dicto vtimur in fluxionibus ſiſtendis, maximè vterinis.

*Aqua ſanguinis humani.*

*Aq. ſanguini humani vtilitas.*

IN oleo ſanguinis humani extrahendo aquam ſimul extrahimus, de qua, eo in loco ſermonem habebimus; hac aqua raró vtimur & niſi in extrinſecis, roborat artus quo minus fluxiones excicipiant, & arthriticis doloribus confert; ex ſanguine hirci, & aliorum animalium aqua modò non diſsimili educitur.

*Aqua ſtercoris animalium.*

*Gallinarum ſtercus.*

MVlta animalium ſtercora mirabiles, & præſtantes obtinent virtutes: & vt interim humanum ſtercus taceam, (res profecto indigna, vt a quopiam in vſum aduocetur) gallinarum ſtercus nonnunquam vſurpauimus in doloribus coli. id in puluerem exſiccatum furno, vel ſtuffa commodè abſq; alia præparatione exhi-

betur

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0096-8

betur aduerſus colicos dolores. Stercora cuiuſcunq; animalis in aliquod animalculi genus vertuntur, quod per alembicum vitreum deſtilatum, aquam & oleum exhibet mirandæ virtutis. ad hoc opus eſt magna ſtercoris copia, longùmque tempus requiritur. ſed hęc tantum per tranſennam annotare placuit, non enim arbitramur fœda eiuſmodi remedia ad humanum vſum cõparata eſſe: non propterea nos latet ſtercus bubulum menſe Maij collectum miram præbere aquam, ſi per alẽbicum deſtiletur, aduerſus nephritidem; calculos enim citò ſoluit, & vrinam copioſè mouet, quam & nigram prima die pellit, fortè calculis vehementer attritis.

*Vnaquaque animaliũ ſtercora in ꝓpria animalculorum genera verti. Eorum aqua, & oleum. Aqua ſtercoris bubuli. Aduerſus calculum.*

*De Aquis mineralium.*

SVb foſsilium atque mineralium nomine, metalla quæque complectimur, mineralia, lapides, gemmas, terras, bitumina, omnia ſalium genera, & quæ in imò maris & intimis terræ viſceribus denſata ſunt, & in ſubſtantiam lapideam verſa.

Ab his aquam ægrè excipimus, nec non niſi artificio, & labore, ſic eiuſmodi aquas vulgus medicorum planè ignorat, eò quòd nimis delicatuli labores ad ſe non pertinere dicant.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0097-4

Tanta eſt eiuſmodi aquarum neceſsitas, & vtilitas, vt his ignotis, tota chymica ars corruat. eæ enim denſiſsima metallorum corpora penetrant, ſic in momento firmiſsimam auri, & argenti compagem ſoluunt, taceo miranda, quæ inuicem præſtant. In medicina, vſus, ſunt multiplices & admirabiles, & vt a vilioribus & minus compoſitis exordiar. Paramus aquas vitrioli, aluminis, & quorundam ſalium hunc in modum.

### *Aqua Vitrioli, & aluminis.*

Vitriolum, vel alumen accipimus, eaque integra retortæ, vel etiam vrinali, aut alteri vaſi terreo deuitriato pileum roſtratum, excipiendo idoneo imponimus, vas in communem fornacem collocamus, & leui igne adhibito aquam exugimus, recipiente ad hoc capaci vaſi adhibito, eiuſmodi aqua vocatur phlegma ob inſipidum eius ſaporem eo tramite ab vtroque ſpiritum elicere, igne validiori adacto, & retortę collocum recipiente luto firmiter obturato, & loricato. hæ aquæ ſummopere refrigerant, ſine vlla mordacitate, ideo ophthalmiæ haud parum conferunt.

*Vitrioli ſpiritus.*

*De Aquis fortibus.*

INter ſimplices & magis communes, hæ maximè ſupputantur. omnium ſimplicisſima, ea eſt, quæ ex ſolo ſale educitur, ſiue ſale nitro, gemma, armoniaco, communi, vel alio.

Sal nitrum duplici boli, cretæ, terræ argillaceę ſiccæ aut alio corpori mixtum, aquam fundit fortisſimam, maximum in lunam, & alia inferiora corpora imperium obtinens. vocatur eiuſmodi aqua ſpiritns, ob ſubtilem, tenuem, & raram ſuam ſubſtantiam, quæ tanta eſt, vt continuo in auras abeat, atq; facile denſa & dura penetret corpora.

*Item cum duplici pondere aluminis vſti mixtum, aquam omnium vehementisſimam de ſe promit.* pariter cum duplici pondere vitrioli calcinati aquam etiam efficacisſimam exhibet.

*Communis aqua fortis.*

Rec. ſalis nitri,
aluminis vſti, } an. lib. ij.
vitrioli vſti,

Indantur retortæ luto firmiter loricatæ, & recipiente amplo, & capaci, igne per gradus adhibito excipiatur aqua. qui minus fortem deſiderant

alterum

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0099-8

alterum horum crudum ponatur, & melius aqua communis in recipiente immittatur.

*Alia.*

EXtant paſsim apud artifices aliæ aquarum fortium deſcriptiones; at omnes illegitimę, & parum fidę quidam, florem ęruginis ęris, alij, ſalem communem, gemmeum, cinnabarim, ſublimatum. nonnulli ſalis nitri legitimam doſim omittunt. alij exſiccationem, & præparationem corporum.

*Aqua fortis tertia.*

| | | |
|---|---|---|
| Rec. | Salis nitri. | lib. 1. |
| | aluminis vſti, | lib. 2. |
| | cynnabaris, | vnc. 3. |
| | ſtibij, | vnc. 1. |
| | miſce, | |

*Aqua fortis quarta.*

| | | |
|---|---|---|
| Rec. | ſalis nitri, | lib. 1. |
| | ſalis gemmę, | vnc. 4. |
| | ſandaracæ, | vnc. 2. |
| | aluminis, | } an. lib. 1. |
| | vitrioli, | } an. lib. 1. |
| | miſce, | |

*Aqua*

*Aqua quinta.*

| | | |
|---|---|---|
| Rec. | *ſalis* armoniaci fixi | vnc. 3. |
| | *ſalis* nitri, | lib 1. |
| | aluminis vſti, | lib 2 s. |
| | arſenici, | vnc. 2. |
| | miſce, | |

*Aqua Regia.*

AQua Regia ſic vocatur, ob vim diſſoluendi aurũ. fit autẽ eiuſmodi aqua, vt cęteræ aquę fortes, *efficitur talis ſalis armoniaci* interuentu, quod *additur vel* in recipiente, vel in retorta. In recipiente ob nimiam eius naturam fugacem. ſi retortæ indatur, ignis principio admodum leuis ſit ſecus ad collum retortæ ipſum ſublimabitur, & aquæ exſuctionem inhibebit, fixatur etiam *dictum ſal* quo minus fugax ſit, vti ſpeciali tractatu de mineralibus docetur, mitto pleraque alia breuitatis cauſa.

*Aqua*

*Aquæ Metallorum.*

MEtallorum aquæ variæ ſunt, varijſq; modis à perito artifice educi poſſunt. Et quoniam earum methodus varietatem ſortitur à natura vniuſcuiſque metalli, ideo earum præparationem reijcimus in peculiarem noſtrum tractatum de mineral. & metal. præparatione. vbi nō modo aquas, verùm & ſingula quæque remediorum genera è metallis educta, conficere docebimus.

## S E C T I O V.

*De ſuccis, & extractis.*

PRæmiſſis iam decoctis, & aquis, tanquam his, quibus in ſequentibus parandis crebro vtimur, ad ea, quæ extracta dicuntur deueniendum, ſub quorum denominatione ſuccos rerum ſimplices complectemur, & primum de his, vt paratus facillimis.

Aeſtiuis temporibus plantarum ſuccos vſurpamus, nam tunc earum virtus in ſucculento, & madido humore conſiſtit, quem non raro ſponte, aut exigua vi facta, fundunt.

Paran-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0102-6
DFG

Parantur etiam, vt hyeme, dicti ſucci, loco plá-tarum ex quibus eliciuntur, haberi poſsint: tunc enim ſunt mortuæ, effœtæ, & languentes, vnde nullam aut exiguam vim de ſe promunt.

Parantur, & alijs de cauſsis, vt ab his, ex arte fermentatis, ſpiritus, quinta eſſentia, vel liquor mercurialis educatur.

Item vt ſal eſſentiale, ſiue tartarum inde parari poſsit.

Succos autem elicimus è viridi ſtirpe, eius radice, folijs, floribus, & fructibus. Itaque ex his minutim conciſis, tuſiſque ſuccus exprimitur. aliquando ex his priùs probè tuſis, & ad nonnullos dies in vaſe vitreo, atque in fimo equino maceratis per linteum raro coniectum, vel manibus, vel prælo, vel torculari ſuccus excipitur.

Succi ſæpe per nos in extracti formam adducũtur, vt hi in pilulas deuorari poſsint. non raro in mellis vel ſyrupi craſsitiẽ nullo etiam addito melle aut ſaccharo, ipſis tamen prius defœcatis, & probè depuratis. Depurantur verò ipſis antea inſolatis, quo titu, vinum poſt quam efferbuerit, fœces deponere ſolet, ſic qicquid leuiorum fœcum continebunt in ſpumam ſubſidebit, quæ depurandi methodus potiſsimùm valet in vinoſis ſuccis.

*Ex extractis pilulæ, & ſyrupi fiunt.*

Nonnulli, vt craſsi, terreſtres, fœculenti, & viſcidi, prius coctionem ſuſtinent, vel ad ignem,

vel ad fimum equinum feruidum, depurationes, & clarificationes, quæ acidorum medio fiunt, item per albumen oui, non ſemper improbamus, neceſsitate temporis ad id ſæpius compellente.

Succi exotici vt ſcammonea, opium, aloes, & ſimilia quia impuri, non minima purificatione indigent, male tamen in officinis tales immiſcentur pilulis, ſatius eſſet hac de re ſcammoneam purgare, quam in malo cotoneo coquere, meliorq; eſſet correctio. ea vero depurantur atque ab omni praua, malignaque qualitate corrigitur, ſi trita aqua vitæ lento igne diſſoluatur, diſſoluta per inclinationem à fœcibus ſegregetur, demum ab ea, aqua vitę abſtrahatur, quoad ſicca remaneat pura, clara, & pellucida. huius correctæ ſcammoneæ ſcrup. j. tutò exhiberi poteſt.

*Scammoneæ præp. & doſis.*

*Aloes pp.*

Aloe hepatica, ſuccis, vel aquis deſtillatitijs diſſoluitur, & eodem modo à ſordibus repurgatur. ſuccotrina quæ pura nitida, & pellucida eſt, à nobis, ſic abſque alia præparatione vſurpatur.

Succos probe depuratos ad mellis, vel ſyrupi craſſitiem coctos, ſacchari tantillo adiecto, plerumque vſurpamus, raròque crudos, ni temporis neceſsitas, vel ægri conditio alio nos aduocat.

Doſis eiuſmodi ſuccorum coctorum erit ab vn. 1. ad 2. & 3. horum vnc. 1. plus pollet tribus, quam vſitatorum vnc. 8. & 10.

Qui

Qui huiuſce rei periculum facere cupit, ſuccos limonum accipiat, vel cythoniorum ad lib. 2. remaneant poſt euaporationem in balneo mariç factam vnc 4. quarum ſingula vncia plus virium habebit, quam integra libra; nos parum ſacchari ipſis addimus, quod non tam ad ſaporis gratiam, quam ad formæ elegantiam; vt pro vna lib. ſucci vnc. 2. vel 3. ſacchari.

*Succi, vt validiores reddãtur.*

Succos cichorij, meliſſæ, borraginis, cicerbitę, lupuli, endiuiæ, fumariæ, agrimoniæ, acetoſę, ſcorzoneræ, & ſimiles, hac via paratos ad vnc. j. & vnc. ij. vſurpamus citra nauſeam, & ægri moleſtiam.

In Italia frequentiſsimus eſt ſucci cichorij crudi & impuri vſus, menſibus præſertim Maij & Iunij, quem ſæpe cum ſero lactis miſcent, quæ conſuetudo à nobis minime probatur, maxime in his, qui vẽtriculum frigidum, & à natura imbecillum nacti ſunt. lienoſis etiam, & his quibus iecur obduruerit, non minimum obſunt; hos enim frequenter in hydropem præcipitant, obſtructiones augent, totum genus venoſum refrigerant, naturales tandem functiones ſummopere peruertunt, irritant, & deijciunt; inde apoplexia, colici dolores, & alia grauiſsima mala, nec rarò mors ipſa, ſic qui iecur temperare ſtudebant, immaturam mortem ſibi concitarunt.

Hìc in acutis febribus oxalidis ſuccus promi-

ſeuè exhibetur, & horis & diebus, quibus natura ſæpius cryſes mouere ſolet. quam conſuetudinem probare minime poſſumus; tunc enim adhibenda ſunt pauca, & cocta ne ab officio natura euocetur, ſic ſi vnica tantum vncia, aut ſemiuncia, adhiberetur dicti ſucci probe cocti & per ſe purificati, citò in actum deducerentur, & natura tantopere ab his minime læderetur, nec eos auerſaretur, ſed his breuitate miſsis quod Cicerbitæ ſuccus aduerſus venenatorum morſus valeat aperiendum, narrauit mihi amicus fide dignus, ſe eo ſucco viperis demorſos curaſſe.

*Cicerbitæ succus.*

*Scorzon. ſucc.* Scorzoneræ ſuccum idem præſtare, palam eſt. ſucci præterea omnes, plantarum e quibus educuntur, facultatibus & viribus pollent. addam inter extrinſecos vſus & familiaria experiméta noſtra.

*Heliotrop. ſucc.* Heliotropij ſuccum manuum verrucas breui tollere abſque dolore. equorum item & mulorum poros pariter emollire, & abſumere. certas etiam carnis excreſcentias, & ſuperfluitates, reprimere & reſoluere, ad quæ & non parum conducit ſuccus ſabinæ, qui & carcinomata maxime vlcerata mirificè iuuat. idem ſuccus in pilulis coctus, & prius depuratus in ciendis menſibus mira præſtat.

*Sabinæ.*

Succum hederę narium fœtorem reprimere pluribus experimentis cognouimus.

*Hederæ.* Succus anagallidis floribus purpureis cum herba

ba trita, vlceribus malignis impoſitus medetur, ipſaque perfectè ſanat. *Anagallim.*

## SECTIO. VI.

### *De Extractis.*

EXtracta non multum à ſuccis differunt, ſuccorum ſiquidem ſpecies ſunt, vt plurimum cum alieno liquore facta. Herbæ recentes, & ſucculentæ ſine alieno liquore ſuccum fundunt, quem & extractum nominare poſſumus. Itaque ad hæc paranda accipimus herbarum recentium ſufficientem quantitatem. eæ minutim inciſæ, & contuſæ vrinali induntur, atque infimo equino diu macerantur; eximuntur dein & per pannum lineum ſub prælo ualde ſubiguntur, quod ad omnem ſuccum deponant: in eodem liquore recentes herbæ reponuntur, macerantur, & exprimuntur vt prius iſque labor ter, & quater repetitur, pro vt validum, & efficax requirimus medicamentum. liquor tandem deſtillatur, & aqua optima educitur, ad multos vſus neceſſaria. Quod in fundo vaſis remanet mellis ad inſtar craſceſſit, vocaturque Extractum.

Siccorum corporum, lignorum, corticum, radicum, foliorum, ſeminũ, & ſimilium extractum

cum conuenienti liquore, longaque maceratione paratur: macerationes, infuſiones, & filtrationes, ſæpe reiterantur, & vt ſupra monuimus ad mellis craſſitiem exſiccantur. eiuſmodi extracta paulo tenuiora relinqui poſſunt, cui & addere licet pauxillum ſacchari, ſic habebitur ſyrupus excellentiſſimus cuius drac.ij. pro doſi.plus viribus pollét, quam multæ vnciæ ſyruporum in officinis pharmacopolarum paratorum. tutò eiuſmodi ſyrupi citra nauſeam, & ventriculi ſubuerſionem exhiberi poſſunt, etiam delicatulis, & his qui ne dum ſaporem, ſed & conſpectum medicamentorum perrhorreſcunt.

Eſt inſuper extractorum alia parandi formula, qua in puluerem nobiliſſimum adducuntur, quorum quantitas exigua mira præſtat, fit autem hoc modo; ab herbis propria aqua elicitur, fermentatione prius præmiſſa, hac colorem ſiue tincturam elicimus, quæ in exiccãdo aquam per alembicum exſugimus, & toties craſſeſcente materia, aquam reddimus, quo ad dicta materia, omnem humiditatem abſorbuerit; atque vaſis iuncturis luto probe munitis lento calore ſenſim in puluerem exſiccetur. ſi inter exſiccandum herbæ ex aqua extractum parare intẽdis ſalem immiſceas, extractum omnibus ſuis numeris abſolutum conficies liquores ſiue menſtrua quorum medio extracta confi-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0108-0

cere nobis eſt animus, ſint pura, clara & omni aliena qualitate orbata, vt aqua communis ſtillata, aqua propria ſpiritus vini licet aliena qualitate præditus ſit, attamen propter eius naturam volatilem, & ſulphuream ab extracto plane totus recedit.

Sæpe dum perficitur humidi abſtractio per alembicum, guttulæ quam exiguæ olei, ſub aqua natantes conſpiciuntur, quas ſi volueris ſeorſum ſeruabis, ſin minus vna cum aqua ſeruantur, vel reiteratis cohobationibus extracto reddantur.

Vſus extractorum multiplex eſt, ſolida in pilulas deuorentur, liquida cum appropriato liquore diſſoluantur, in puluerem adducta, vel cum iuſculis, *vel in pilulis, confectionibus, pulueribus, conditis, & ali js formulis dentur.*

Compoſita extracta eodem modo, quo ſimplicia parantur, ex quibus alia ſunt alterantia, alia purgantia, vtraque ex lignis, radicibus, foli js, floribus, & ſeminibus Nobis vſitata, longoque vſu comprobata hic tantummodo interſerere *placuit*; alia apud alios authores, qui deſiderat, inueniet.

*Extractum aduerſus Peſtem.*

Rec. Rad. Tormentillæ, ſcorzoneræ an. vn iii j. fol. Galegæ, ſcabioſæ, ſucciſæ, cardui bened an. m. ii j.

ſem.

ſem. Ethij vn. j. fl. borag. p. ij. fl. ſulphuris vn. j s. Theriacæ vn. ij. aquæ vitæ terredificatæ q s fiat extractum ad *mellis* craſſitiem, cuius doſis ſit à vn. j. ad ij cum s. q aquæ cardui ben. ſudorem mouet, corroborat, & omnem putredinem abijcit venenis reſiſtit, & contagioſis morbis ſuccurrit.

## *Aliud.*

Rec. rad. Vimetonici valerianæ, *ſcorzoneræ* an vn. iij fol. veronicæ maris, ſcabioſæ, ſuccìſæ, *meliſ*ſæ, Galegæ, pimpinellæ agripalmæ, cardui bened. cicerbit borag an. m. j. rad. Anthoræ, Imperat. angelicæ ſicc. an. vnc. ij. flor. ſulphuris, vnc j. fl. Antimonij per viij. dies reuerberati vnc. s. *Theriacæ vnc. j. s. cum ſpiritu vini rectificati* tincturam extrahe, & *in craſsitiem mellis* coque, omnibus contagioſis morbis medetur, venenis mirifice ſuccurrit. febribus etiam malignis loco confect. de hyacintis, theriaces, tutiſsimè adhibetur.

## *Ligni Gùaci extractum.*

Rec. ligni guaiaci limati, *vel* in ſcobem minutim inciſi q s. ad *minus lib.* 10. macerentur 12. vel 15. dies in s. q. aquæ communis in vaſe vitreo probe obturato, & in loco calido, fimo vel ſtuffa, princi-

pio adde olei ſulphuris circiter drac. ij aqua ligni colore & odore imbuta coletur; fœcibus noua aqua reaffundatur, macerentur, iterum ad tres vel quatuor dies quoad aqua denuo coloretur, atque ſapore ligni imbuatur. hæ aquæ per filtrum traijciantur, vrinalique vitreo indantur, atque pileo roſtrato ipſi impoſito, per lentum calorem humiditas omnis proliciatur à colore, qui in vaſis fundo mellis ad inſtar remanet. Interea à fœcibus per retortam valido igne adhibito, duplicem liquorem extrahes, primum aqueum, ſecundum oleagineũ. qui primus exit ferè inſipidus, ſeorſum ſeruetur pro noua extractione paranda, ſecundus ſubacidus eſt, & eſt præſtantiſſimus, hic cum oleo ſubrubro egreditur. oleum numquam intrinſecus vſurpamus; liquorem vero ſubacidum, extracto reddimus, vel per ſe damus, qui eſt potentiſſimus. ſi hæc agnoſcerent Medici, conſultiùs agerent erga infirmos, nec eos in tot tormenta facile conijcerent.

*Extractum antiuenereum.*

Rec. corticis ligni indici parum contuſi vnc. vj.
raſuræ eiuſdem ligni lib. iij.
chinæ electæ in taleollas diſſectæ
Salſæ parillæ minutim inciſæ, } an. lib. ij.

baccatum inuiperi, lib.s.
ſem. cardui benedicti, }
carui, } an.vnc.iij.
fol. ſucciſæ, ſcabioſæ, an. m.iij.
radicum cyperi, }
vincetoxici, } an.vnc.ij.

Infundantur omnia parum contuſa octiduò in ſufficienti quantit. vini albi generoſi, fiatque extractum vt ſupra monuimus, cui ſalem ex fœcibus factum adde. oleum à dictis fœcibus facile educitur per retortam, à quo empireuma, quod aqua communi deſtillata per varias cohobationes, tollitur. Doſis eſt drac.ij. & drac. iij.

*Extractum aliud antiuenereum purgans.*

Rec. raſuræ ligni Guaiaci, lib.vj.
Salſæ parillæ minutim,
inciſæ, lib.iiij.
Chinæ electæ, lib.ij.
radicum michioacani, vnc.vj.
fol ſennæ, vnc.ix.
ligni ſaſſafras }
baccarum inuiperi, } an.lib.s.

Infundãtur ligna & radices in ſufficienti quantitate aquę communis cum drac.ij. olei vitrioli vel ſulphuris in loco calido per octo dies, coquantur

poſtea

poſtea in vrinali vitreo, vel terreo vitriato cum ſuo capitello ad conſumptionem duorum tertiorum, quæ humiditas in recipiente ſeruetur pro noua infuſione paranda. coletur decoctū, & in colatura macerentur fol. ſennæ, & radices michioacani per tres dies, bulliant parum & denuò colentur. dum hæc fiunt prima aqua à decocto educta fœcibus reaffundatur cum noua humiditate, ſi tanta opus fuerit, nouaq́ue infuſio paretur, quæ priori vnitæ ſimul per vrinalem cum ſuo alembico in extracti formam adducuntur, ſaccharū nonnumquam ad ſelibram addimus, & vt ſolidius reddatur, puluerem ſequentem ei commiſcemus.

Rec. ſalſæ parillæ vn. 1 s. chinæ electæ vnc. s.
*fol. ſennæ* vnc. j.
gariofill. drac. j.
ſalis ſupraſcriptorum vnc. s.
Miſce fiat maſſa
Doſis eſt drac. ij. & iij. bis in die.

*Extractum hyſtericum.*

Rec. extracti brioniæ,
ext. viſci quercini,
ext granorum ebuli, } an. vn. j.
aloes ſuccotrinæ repurgatę vn. ij.
ext. hellebori drac. ij.

pul.croci, mirræ, macis, ſem.apij an drac. j.

Salis iouis vſus. Salis iouis, vel eius loco, iouis calcinati cum ſale nitro, vitrioli martis, an.drac.iij.

Liquentur, & miſceantur extracta ſimul, demum pulueres adijciãtur. Doſis à drac.s.ad drac. j.

*Aliud.*

Rec.extracti brioniæ, ext. ellebori nigri, } an.vnc.j.
croci martis, drac.iij.
pul.macis, maſtiches, ſpodij an. ſcrup. j.
miſceantur, vt artis eſt, & fiat Extractum.

*Aliud quo frequenter vtimur in vterinis affectibus cum albo fluore vterino.*

*Extractũ vterinum purgans.*

| | | |
|---|---|---|
| Rec. | Extracti ellebori nigri, | vnc. j. |
| | ſcamoneæ more noſtro repurgatæ, | drac.iij. |
| | aloes ſuccotrinæ pellucidæ | vnc i s. |
| | croci martis, | drac.iij.s. |
| | lapidis hæmatites, | drac. j. |
| | olei ſuccini, | ſcrup. j. |
| | olei macis, | ſcrup.s. |

*Extracta vterina purgantia quando vſurpanda.* miſceantur omnia pauco melle roſato addito, eiuſmodi extractis vtimur quando purgatione longa opus eſt, atque mulieres ſunt validæ, ſecus extra-

extracta roborantia & exſiccantia tantum vſurpamus, vt.

*Extractum hyſtericum roborans & exſiccans.*

Rec. arthemſiæ ſiccæ,
abſinthij vtriuſq; } an. faſciculos iiij.
menthæ, faſciculos.ij.
abrotani, faſc. j.
gingiberis,
galangæ, } an. vnc.iiij.
macis,
mirrhæ,
ſuccini, } an.vnc j.

cum aqua vitæ optima, more artis fiat extractum, adde ſub fine liquoris ſuccini drac. j. vitrioli martis drac.iij.ſacchari albi vnc.iij.doſis erit drac. j.& iiij.ſcrup. mane ieiuno ſtomaccho. *Vſus, & doſis.*

*Extractum aliud ſiue confectio uterina minus compoſita, ſorte, à quodam Empirico chymico reperta.*

Rec. conſeruæ roſarum vnc.iij.
ſalis betonicæ drac.j.
olei ſulphuris cum criſtallo facti.g.12.

miſce dantur drac.ij. mane. eiuſmodi compoſitio certiſſimè vterinos meatus obſtructos reſerat, lie- *Doſis, & exhibendi ratio.*

nis,

nis, & iecoris duritiés emollit, item maſſam ſanguineam ab omni craſſa, & lutulenta materia re-purgat. quid? deperditum colorem iuuenibus reſtituit, quibus nihil profuerat tota ars medica, inuicibili marte etiam pluries adhibito, & reiterato, profuit hæc ſimplex compoſitio, caſu, & fortuna reperta.

*Virtutes.*

*Extractum Sennæ.*

EX folijs, & foliculis ſennæ cum aqua communi modo quo ſupra diximus fit extractum. ſecunda infuſio non magis quam prima flatus cōcitat, eſtque prima & ſecunda eiuſdem efficaciæ, tertia paulo debilior eſt. *prima* infuſio cum parua quantitate aquæ communis facta, ſi cum pauco ſacchari pulueriſati miſceatur, & canicularibus diebus ſoli exponatur, formam excellentiſſimam nanciſcitur, cuius doſis erit, cochlear integrum, & ſemi coclhear, blandè purgat & citra vllam moleſtiam.

*Sennæ extractá doſis & facultas.*

*Extractum roſarum.*

INfuſiones illæ, quæ vulgo in officinis pharmacopęorum fiunt, probe purgatę in vrinali fundo poſt humiditatis eductionem extractum

relin-

relinquunt purgationibus peraccommodatum. datur à ſcrup. j. ad drac. j. aluum & vrinas blandè mouet, & eadem ac ſyrupus roſarum officinarum præſtat, licet in longe minori quantitate datur aliquando ad drac. i j. in eo parando magna eſt habenda cautela; ſecus non purgat. *Extract. roſarum vſus & facultat.*

*Extractum violarum.*

QVoniam violarum, vt & aliorum florum cõplurium vis in ſuprema ſuperficie conſiſtit, roborans præſertim, nam laxatiua vis in toto corpore reſidet, etenim ſi violarum ſiccarum puluerem exhibeas aluum cõcitabis, quod & ipſorummet florum ſemen validius præſtat nec credendum his, qui contrarium putant, roſarum item ſiccarum puluis non minùs purgat, ad drac. j. exhibitus. experientia rationes, & authoritates contrarias eneruat, vanàſque reddit. Itaque violarum extractum ſi purgans deſideras, procede, vt de roſis dictum eſt. ſi vero roborans, & purgans ſimul exoptas, ab his recentibus aquam odoriferam prolice, vt ſuo loco diximus: colorem item habebis tantillo ſpiritus vitrioli adiecto, vel ſuccum ex recentibus exprimendo. ex dicto ſucco ſyrupum excellentiſſimum conficiunt Pariſienſes, quam methodum Pulchrè docet Quercetanus in

*Purgatiua facultas in quo conſiſtit.*

*Pulueris violarum facultas. Violarum ſemen ad quid vtile Roſarum puluis laxat aluũ.*

*Violarum extractũ fit laxant. & roborans.*

ſua

ſua Pharmacopœa reſtituta. hi miſcent vnam partem dicti ſucci cum duabus partibus ſacchari penè in formã electuarij ſolidi cocti. mixtio fit extra ignem ſecus periret color, & odor. huius vis eſt thoracica, & cardiaca, eius vſus, eſt ad libitũ. ſyrupum potius vſurpamus, quam extractum.

*Syrupi violarum vis & pſtantia.*

## *Extractum florum paupaueris rhœadis.*

*Syrupus ex fl. papau. rhœad.*

*Vſus & vires.*

Concinnamus ſyrupum ex dictis floribus excellentiſſimum, cuius vſus nobis eſt admodum frequens in magnis febribus, ventriculi ardoribus, & vigilijs continuis. ex dictis floribus mediocriter in vmbra ſiccatis fit infuſio cum ſufficienti quantitate aquæ communis, eaque infuſio probe per digeſtionem clarificata cum pauco ſacchari in ſyrupi conſiſtentiam adducitur, cuius vnc. s. ad drac. vj. exhibetur. flores in puluerẽ ſæpe dedimus in Pleuritide, & phrenitide maximo cum fructu. Eadem ratione ſuccos, & extracta florum, & ſeminum conficere poſſumus ex quibus vina, iuſcula, ſyrupos, & iulepos in promptu parare vnuſquiſque poterit.

*Puluis florũ papau. rhœad. ad quid vtilis.*

Extra-

*Extractum Cholagogum, Phlegmagogum, & Melanagogum.*

QVi extracta tam cholagoga, quam phlegmagoga, & melanagoga parare deſiderat, ea quę eiuſmodi humoribus educẽdis dicata ſunt, accipiat, & cum his procedat, vt ſupra diximus. Ex his efformabit pilulas ſi in ſolidam formam reducantur, vel ſyrupos, confectiones, electuaria, tabellas, & alia ad libitum, à fœcibus ſal facillime extrahitur, eiſq́; immiſcetur, quo efficaciora reddantur. Rurſus ſi dextrè in puluerem reducantur in admodum paruam quantitatem vires ſuas exerunt, at modus non eſt omnibus obuius.

*Extracta in pilulas rotulas, ſyrupos, confectiones ele-ctuaria, &c. redacta. Extracta in puluerem reducere.*

*Extractum Catholicum.*

Rec. Extractorum elleb. nigri,
Eſulæ,
brioniæ,
ſennæ, } an. vnc. j.s.

his ſimul calidè mixtis, adduntur pulueres, macis, cinnamomi, maſtiches, ſpodij an. ſcrup. ij. datur à drac. s. ad drac. j. purgat infra omnes humortes.

*Vſus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0119-5
DFG

## *Eſulæ Extractum.*

*Eſula noſtras, thithimalus cypariſſias.*

ESulæ extractum eodem modo quo extractnm ellebori paratur. eaſdem plane vires, ac ſcamonea poſſidet. pro Eſula vſurpamus eam herbulam, quæ communiter thithimalus cypariſſias appellatur, vocetur autem eſula, *vel thithimalus, vel hoc, vel illo nomine*, parum laboramus, dummodo *eius virtus* experientia certa nobis innoteſcat, hoc dictum ſit, propter loquaces quoſdam, verborum cortici inhærentes: dubitant adhuc Medici, & Pharmacopolæ, quid ſit vera eſula, vnaquæque prouincia peculiarem retinet eſulam, & quæ vera ſit *planè ignorant*.

## *Aliud extractum catholicum nobis vſitatiſſimum.*

| | |
|---|---|
| Rec. aloes ſuccotrinæ claræ, & nitidæ, | vnc. j. |
| mirrhæ trogloditicæ cum ſpiritu vini optimè correctæ, | vnc. s. |
| Extracti fol. ſennæ, | drac. vj. |
| extracti colochintidos, vel eius loco gummi catharitici vegetabilis, | drac. j. |
| extracti croci, | ſcr. j. s. |
| ſulphuris magnetici metheoriſati, | dra. j. s. |

miſce, & cum ſucco roſarum, ſi liquore opus fuerit,

rit, fiat maſſa. doſis eſt g.xv. & xv.xviij in delicatulis x. & xij. Cum ſolo ſulphure magnetico metheorizato pilulas efformamus omnium præſtantiſsimas, quas vere catholicas nuncupare licet, ob inſignem, & mirabilem earum virtutem in corpore æqualiter purgando. hæc vera radix purgationum omnium microcoſmi, blanda eſt, & tuta, & non niſi noxios purgat humores, repurgato etenim corpore; quod fit, eo ter, vel quater adhibito; non amplius mouet aluũ. fugat prauos humores, non tam ſenſibiliter, quam inſenſibiliter. *Doſis.* *Præſtantia & vires.*

*Extractum Nephriticum.*

NOn ſemper eodem modo conſimilia extracta paramus ſæpe pro ratione temporis, & ægri natura aliquando ſimplicia, & ex vnica herbula: aliquando ex tribus, & quatuor diuerſificantur etiam occaſione ſymptomatum, inter præcipua ſequens non rarò vſurpamus.

Rec. radicum ononidos lib. iij.
radicum 5. aperientium, } an. *lib.* j.s.
raphani,
ſemium hypericonis,
milij ſolis, } an vnc. iiij.
ameos,

fol. pimpinellæ,
betonicæ, cetrach,
arthemiſiæ,
argentinæ, piloſellæ, } an. m. iij.
fructuum alchechengi, lib. j.

Infundantur omnia minutim inciſa in ſufficienti quantitate aquę graminis, cum lib. j. ſucci limonum depurati, fiatq; extractum, vt ſupra diximus. antequam perfecte craſſeſcat adde ſacchari albi circiter libram. j.s. & efficies extractum ventriculo gratum, ſine ſaccharo reducitur in formā pilularum, vtrumq; per ſe, vel cum liquore conuenienti de ſimplici drac. s. & drac. j. exhibetur cum ſaccharo vnc. s & vnc. j.

*Vſus, & doſis.*

Ex iula arthetica præſtantiſsimnm efficitur extractum. Item ex herniaria, piloſella, & aiijs.

*Extractū iua arthetica, & herniariæ piloſellæ.*

## De extractis animalium.

ANimalium extracta ſiue Magiſteria ſemper cum alieno liquore parantur, & potiſsimum cum aqua vitæ, & aceto deſtillato. fiunt autem ratione haud diſſimili ab ea quę de vegetabilibus dictum eſt.

*Mumiæ extractū.*

Itaq; ſi ex mumia ſicca, aut alia carne extractum conficere volumus. mumiam probe ſelectā

acci-

accipimus, eamque tritam cucurbitæ vitreæ cum ſufficienti quantitate aquæ vitæ, quæ quatuor digitos ſupereminеat, indimus, ea fimo equino per octo dies reconditur, atq; tunc tincta aqua, virtuteq́ mumiæ imbuta per filtrum educitur, fœcibus noua ſuperaffunditur aqua, quæ denuò colorata, vt prima abſtrahitur. ter noua aqua reaffunditur ſi opus eſt. has omnes aquas per balneum mariæ deſtillamus; prima aqua pro noua extractione paranda ſeruatur, ſecunda ferè inſipida reiicitur, tertia grauiori odore perfuſa, fœcibus toties reaffunditur, quo ad dictam aquam extractum in fundo vaſis remanens mellis inſtar totam combiberit.

*Extractum ſerpentum, viperarum, vermium, ranarum, &c.*

NVnquam viperarum, vermium, ranarum, & ſimilium vis in tota eorum ſubſtantia demerſa ſit, atq; ſolitaria & per ſe ſatis ſit efficax, adeo vt ſuperfluum videatur aliam præparationis ſpeciem meditari, tamen quia magis atq; magis præparatione attenuantur, exaltantur, & in nobiliorem formam adducuntur ea de re in præſens ſicco pede tranſeunda non ſunt. Cum ergo facturi ſumus extractum viperarum,

ſer-

*Viperarũ ſerpẽtũ, ranarũ, &c. extractum.*

ſerpentum, ranarum, vermium, vel huiuſce generis, ea primo furno vel ſtuffa exſiccamus, vel melius vrinali vitreo ipſa integra, & viua indimus, atq; per balneum roris, ab his omnem humiditatem abſtrahimus. à viperis caput, & cauda præſcinditur, tanquam exanguia, & inutilia, cęterum neque in cauda, neque in capite venenum conſiſtit, ſed in dentis extremitate. liberantur etiã à cute, & omnibus interraneis. Ranæ vero & vermes integri ſumuntur, & hi tantum abluti, & ab omni terreſtreitate purgati, vel per alembicum exſiccantur vel in furno, vel ſtuffa, vel etiam tigillo terreo vitreato ad lentum ignem, quocumque modo ſit exſiccata, parum terimus & in puluerem adducta, cucurbitæ, cum ſufficienti quantitate ſpiritus vini induntur, atq; cucurbita fimo equino per octo dies reconditur, aqua ſiue ſpiritus vini tinctus per inclinationem à puluere effunditur, eidem pulueri nouus ſpiritus additur, atq; vt ſuprà poſt octiduum abſtrahitur. ſicq; vltra progreditur, vt de mumia proximè diximus.

*Viperarũ virus in qua parte conſiſtat.*

*Eorum facultas.*

Serpentum extractum viperarum præſertim, plurimum aduerſus peſtem, pſoram, lepram, & venena omnia valere experientia conſtat. vermiũ ad pthiſim, mulierum menſes, lienis, atq; iecoris obſtructiones. Ranarum ad hęmorragias pręcipuè, & pthiſim. Sic de cæteris animantium

gene-

generibus extracta facile parari poſſunt.

Iuſcula, gelatinæ, ſucci carnium, & ſimilia à mulierculis pro ægris parata, ſpeciem extracti quodammodo referunt, Ab excrementis animalium extracta haud ignobilia parari poſſunt, cuiuſmodi moſchus eſt, modus non erit à ſuperioribus diuerſus. & quia ea in operatione multi ſpiritus pereunt, & ipſum moſchum veluti alteram quintam eſſentiam, merito eo tantummodo à ſordibus repurgato vtimur.

*Excrement. animalium extract.*

A' vilioribus excrementis extracta parari omnino debent, & præſertim ſpiritu vitæ, qui fætorem, & graueolentiam corrigit. inter quæ caſtoreum vſurpamus, verrucas equarum, & alia multa.

*Labdanum* excrementi ſpecies, id quidem eodem modo quo de ſcamonea dictum eſt, repurgatur, & in extractum reducitur. aqua vitæ cum qua diſſoluitur ab eo penitus recedit. cęterum diſſoluentis extractio fiat in vaſe bene clauſo, & nō perfecte ad ſiccitatem abſtrahatur, ſed adhuc liquidum relictum aeri expoſitum per ſe exſiccatur. Hucuſque de extractis dictum ſit, nunc ad oleorum extractionem ſeu deſtillationem tranſigendum.

De

## SECTIO VII.

### *De Oleorum præparatione.*

PArs hæc, ſulphur Hermeticis, dicta, communiter Oleum appellatur. ſulphur analogicè, eo quòd more ſulphuris ignem ſuſcipiat, *flagranſq;* ſit, *pars rebus* naturaliter in dita. miranda ſane iſthæc ſulphurea *ſubſtantia, cui* rerum præcipue vires & facultates inſident. quo quidem contrario argumento dicere poſſumus præcipua humani corporis mala huic potiſsimum inhærere, ſicque naturam in pari gradu ſubſtantiæ morbum, & remedium collocaſſe. *vis roborans, anodina, tum cæphalica, tum* cardiaca in ea potiſsimum conſiſtit. odoris etiam ſedes eſt, & baſis plura inſuper de ea circunferũtur, vt pote quòd ſit ſubiectum pulchritudinis, lucis, ignis, & vitę pabulum, quæ, vt à ſcopo aliena omittimus nunc ergo ad eorum extractionem.

*Vnum & idē morbi & ſanitatis ſubiectum.*

*Antiquitus* dum adhuc *rudis* & *inculta* erat ars medica, dum inquam balbutiens & ſere à cunabulis expergiſceretur, ea fieri per ſolam rerum infuſionem & expreſsionem agnoſcebat nunc vero comptior, vitiligineq; omni ſepoſita, viam longè ſublimioré adinuenit qua via ab alijs iamdudum

tra-

tradita; nobis tantum ſupereſt, aliorum veſtigijs inſiſtere, exempla aliquot rerum, medicamentorumue, proprio labore comprobatorum in mediū afferentes.

Methodus itaq; qua hodiè olea ex rebus educuntur, multiplex eſt. quædam enim fiunt per infuſionem poſt modum deſtillantur, quædam per deſtillationem tantum, quæ deſtillatio vel fit per deſcenſum, vel per aſcenſum, quædam per calorem ignis fortiſsimum, ſcoriam ferri, arenam, cineres, & balneum mariæ. Ex his nonnulla ſunt compoſita, nonnulla ex ſimplicibus tantummodo fiunt. In nonnullis longa maceratio præmittitur, in alijs nulla. Rurſus & differentia poſſunt ſuſcipere pro ratione vaſorum per quæ fiunt, item pro varietate menſtruorum quorum medio educuntur, nam nonnullę niſi mēſtrui beneficio educi poſſunt. multæ verò citra quemcumque medij interuentum. Exordiemur autem ab his, quæ ſolam infuſionem, & expreſſionem repoſcunt, à ſcopo tamen minimè recedētes, pauca & ſelectiora breuiter complectar. Inter præſtantiſsima & paratu facillima, ea in quam à vegetabilibus educta; ſunt olea florum, & hypericonis, Tapſi barbati, roriſmarini, ſaluiæ, &c. in quorum præparatione, nihil à conſuetudine recedimus, niſi quod bis & ter infuſionem reiteramus, atq; loco inſola-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0127-6

tionis qua tantum pharmacopolæ contenti ſunt, fimo equino vtimur, vel balneo mariæ, ſed illo potiſsimum in quo tuto infuſiones poſſunt fieri, cum apto, æquali & naturæ analogo calore.

*Fimus equinus, calor optimus.*

### *De oleo hypericonis.*

IN hoc oleo parando ſumimus tam flores, quam ſemina, ea parum contuſa infundimus in s. q. olei communis, per octo dies ad calorem fimi equini, & in vaſe vitreo, coletur calidè, & in colatura, noui flores reponantur per idem temporis ſpacium quo peracto iterum colentur eiuſmodi flores atque tertia vice noui flores denuo in fimo equino recondantur per totidem dies, peracta ac tertia colatura, oleum ad vſum ſeruetur. pro liquore, loco vini, quod cæteri addere ſolent, libram vnam circiter ſucci totius plantæ accipimus, ſicq; oleum redditur præſtantiſsimum. ex ſiccis floribus atque tota ſummitate, cum floribus, & ſeminibus dictum oleum parari poteſt, at non addeo efficax. quod in officinis componitur, therebentinam excipit, quam hic lubens omiſimus, experientia edocti, quod oleum cum therebintina factum minus ſit exſiccans, atque vulneribus minus vniuerſale. noſtro ita parato therebintinam, vel aliud ſimile pro re nata addere poſſumus, huc tantum te monere volumus omnium

balſa-

balſamorum, & oleorum cruentis vulneribus dicatorum præſtantiſſimum eſſe. ipſi non raro addimus parum *olei picis naualis* per retortam educti, vt & *therebintina*. Ex hoc denique nonnulla balſama, & olea conficere nobis moris eſt. vt.

*Balſamum Præſtantiſsimum, ſiue Oleum vulnerarium compoſitum.*

℞ radicum aſclepiadis, alias vincetoxici *lib. s.*
Valerianæ pratenſis, vnc. iv.
Symphyti maioris, vnc. iij.
florum verbaſci maris mai. }
hypericonis, } an. lib. s.
*foliorum plantaginis*, }
prunell*æ*, } an. m. iij.
filipendule, }

contundantur hæc omnia in mortariolo lapideo, & in ſufficienti quantitate olei ſupraſcipti hypericonis macerentur octiduo in fimo equino, colentur poſtea, & in colatura forti prælo facta fiat noua infuſio, vt prius, in aqua iterum infunde mirrhæ electæ vnc. ij.
thuris, }
maſtiches, } an vnc. j.
mumiæ, }
therebentinæ lib. s.

ramentorum rhabarbari, rad. ariſtolochiæ rot an. vnc. j. s. coletur iterum valida expreſſione, quæ ſeorſum ad vſum reponatur. tenuioris ſubſtantiæ, magiſque penetrans redditur, ſi per retortam impellatur, fæces tunc in fundo vaſis remanentes, ceroti ſiue emplaſtri ad inſtar craſſæ ſunt, eodemque modo cuti inhæreſcunt, qua de re vulneribus ſuperficialibus ſufficiens eſſe remedium experti ſumus.

*Aliud minus compoſitum.*

℞ ſummitatum hypericonis cum floribus, & ſemin. q. s. olei oliuarum q. s. ſucci *hypericonis* parum, *macerentur in loco calido* per aliquot dies, factæ colaturæ recentes flores, & ſummitates reddantur, nouaque fiat infuſio in cuius colatura diſſolue.

therebentinæ Venetæ, lib s.
thuris, vnc. iij.
maſtiches, } an. vnc. ij.
Vernicis, }
fiat oleum vt ſupra.

*Aliud oleum balſamicum omnium præſtantiſsimum.*

Rec. radicum aſclepiadis, lib. s.<br>
ariſtolochiæ rot.<br>
valerianæ mai. ſiccæ, } an. vnc. ij.<br>
fol. ſymphyti mai.<br>
plantaginis,<br>
ophiogloſſi } an. m. ij.<br>
filipendulæ, ſaniculæ,<br>
alchimillæ, bugulæ,

baccarum iuniperi p. 1. ſummitatum hypericonis cum florib. & ſemin. m. vi. florum chamomillę, ſpicæ an. m. j vermium terreſtrium lib. 1 olei hypericonis *cum duabus ſaltem infuſionibus parati, olei lumbricorum an. q. s. macerentur octiduo in fimo* equino, examinantur, deinde forti prælo ſubigantur, quo ad omnem humiditatem profundant, factæ colaturę adde mirrhæ vnc. 1. s. maſtiches, thurtis, vernicis an. vnc. iij. therebintinæ claræ, picis naualis, an *lib.* s. colentur poſtremò, & *vſui reponatur. hoc oleum ſi per retortam pellatur,* magis penetrans redditur, atque tunc altis profundiſque vulneribus maxime efficax. ſine vlla deſtilatione optimum eſt, eoque multoties vſi ſumus maxima cum vtilitate. hic Bononiæ cuidam amico artis medicæ penitus ignaro, huiuſmodi olei conficiendi me-

*Vſus & vires.*

*De vulneribus hiſtoria dua mirabiles*

di methodum aperuimus quo ruſticos pleroſque dum ruri diuerſaretur ſanitati reſtituit, inter hos, duos cognoui, quorum alter tali iuncturam ad malleolos fortuito ſibi præciderat, is amicus ſolis plagulis hoc oleo imbutis abſque chyrurgiæ peritia vulneri cópoſito magno & per difficili in quo nerui ceſi manifeſtò apparebant perfectè medetur. alter vulnus profundum ſic genu ſiniſtro accepit, in quo pariter nerui præciſi erant, eodem modo ab amico ſanitatem reportauit. mirum eſt quam citò vulnerum doloribus ſuccurrat.

## *De Oleis deſtillatis.*

SVpra breuiter tetigimus olea quæ fieri ſolent per infuſionem, ad quorum exemplum omnia quæ vis oleorum genera facillime fieri poſſunt. nunc quæ per deſtilationé parantur olea, eadem breuitate complectemur. ſunt vero eiuſmodi olea præſtantiſsima, & quibus potiſsimùm rerum vires, & proprietates inſunt, earum videlicet quæ ſubſtantia ſulphurea referta ſunt, prout ſunt aromata.

*Oleorum deſtilatio per aſcenſum.*

Extractio eiuſmodi oleorum duplici modo fit. per deſcenſum & per aſcenſum. omittemus breuitatis cauſa, ea quæ per deſcenſum. Quæ autem per aſcenſum fiunt, ſunt vel ex lignis, reſinis, adi-

pibus,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0132-3

pibus, liquoribus gummis, &c. vel ex folijs, floribus, ſeminibus, & aromatis.

Primæ claſsis *vt ligna, reſina, &c. fiunt potiſsimum per retortam. Secundæ ex folijs, floribus,* &c per vas refrigeratorium.

Totum ſecretum conſiſtit in vaſis forma, ignis regimine, rei fermentatione, & herbarum collectione. *Notanda in deſtillatione pagenda.*

Quædam, vas collo oblongum repoſcunt, alia breuius. aqua refrigeratorij crebro mutetur, ignis mitis, & æqualis perſiſtat: duris, & ſiccis, item his, quæ ægrè ſuam ſulphuream ſubſtantiam fundunt, longiori fermentatione opus eſt. ſic multa pleraque olea, tum aromatum, tum aliarum rerum deſtillamus. *vt chariophillorum, piperis macis, cinnamomi, gingiberis, lauendulæ, thimi, maioranę, menthæ, ſaluiæ, roriſmarini, multorumq; aliorum.* Inodoratorum, herbarum frigidarum, aut ſaltem temperatarum, & aliarum nihilant parum odoris redolentium, illarum breui, etiam nulla præmiſſa fermentatione. harum verò longa, & tędioſa maceratione, & putrefatione prius facta. Sine vlla infuſione, vel maceratione per retortam fiunt olea lignorum, lignis ipſis in ſcobem prius conciſis, & retortæ inditis. veluti *lignum guaiacum* accipimus, vel in ſcobem diciſſum, vel limatum, hoc retortæ cappaci indimus, atque igne cinerum, vel *Ol. lignorum.*

arenæ

arenæ adacto, oleum elicitur ſubrubrum, & craſſum cum aqua ſubacida. eodem modo ex buxo limato oleum fit excellentiſsimum. poſtremo herbę plenilunio collectæ, & ſiccæ plus olei fundunt, quam virentes, & alio tempore excerptæ.

*Oleorum Empireuma, vt tollitur.*

Olea lignorum per retortam facta, empireuma grauemque odorem ſæpius redolent, igne quantumuis blando, & æquali adhibito. tollitur eiuſmodi empireuma varijs, & repetitis cohobationibus cum aqua communi deſtillata, aqua roſacea, ſpiritu vini, & alijs. temporis etiam diuturnitate citra vllam cohobationem eiuſmodi graueolentia non parum imminuitur. præterea oleum non eſt pellendum ad extremos ſpiritus, rurſus ſi per multum temporis cum aliquo liquore vino, vel alio in loco frigido maceretur, oleum minus graueolens redditur, & copioſius extillatur.

*Ol. Guaiaci vſus.*

Guaiaci olei vires, & facultates omnibus notæ ſunt, eo libentius extra quam intra vtimur, ob eius graueolentiam. Buxi oleum à Quercetano ſummopere commendatur in Epipleſia, nos ſolum ad dentium dolores, ipſoſque eroſos, & perforatos idipſum mirabile comperuimus.

Reſinarum, & gummi cuiuſcumque generis olea, & balſama eodem modo, eadem via per retortam paramus, vt therebintinæ, reſinæ pini, picis, thuris, maſtiches, vernicis, & ſimilium. his nonnul

li

li arenam vel puluerem terræ coctæ immiſcent. nos therebintinã ſolam retortę inditam per ignem arenæ deſtillamus. bocciæ etiam adhoc optimæ ſunt, vas quoq; quoduis terreum vitriatum. aqua quæ prima exit acetũ nuncupatur, ſoluit coralla, vniones & alia corpuſcula dura. ſecunda clara eſt ferè vt aqua, ſecunda citrina & craſſa, tertia rubra & ſubnigra. poſt ſecundi olei extractionem, quod in fundo remanet colophonia ab aromatarijs dicitur, quæ nihil aliud eſt quam therebintina cocta. raro in intrinſecis affectibus hoc oleo vtimur, ob grauem eius odorem diu deſtillatum nonnihil de ſuo odore valido amittit. *Acetum therebintina.*

Succinum etiam per ſe aut pauco ſpiritus vini addito, deſtillari curamus, attenuatur reiteratis deſtillationibus quo purior, & clarior etiam redditur. In affectibus vterinis maxime conducit, & in albo fluore matricis. *Ol. ſuccini facultas.*

Pix nigra oleum balſamicum fundit per ſe pręſtantiſſimum, maximè ad vulnera capitis. *Picis nigræ ol.*

Maſtiches, & thus, vt ſuccinum per retortam pelluntur, vertuntur & per ſe in oleum citra vllã deſtillatiouem medio aquę vitę à vino ad acorem vergente deſtillato. quæ & aqua vitæ vindemiarum tempore ex racemis vuiſq; torculari poſt vini eductionem preſſis deſtillatur. Camphora validiori diſſoluente in oleum mutatur, at eiuſmodi *Aqua vitæ ex vino ſubacido, & ex racemis vuarum*

*peculiares facultas diſſol.* olei vſus fere nullus, eò quòd exulceret; corrodat, & vim excaroticam poſſideat. cum aqua vitę egrè admodum diſſoluitur, per retortam impellitur vt cætera reſinarum genera.

Secundæ claſſis olea, per aſcenſum facta, diximus fieri per vas refrigeratorium. ſicque ex floribus, olea, ſeminibus, fructibus, & aromatis exoticis, per id vaſis genus extillantur. eiuſmodi autem vas ſatis notum eſt, & licet multiplicis figurę ſit, tamen ſemper idem eſt. id vero, quod formam alembici vitrei effigiem repreſentat, nobis magis probatur, dummodo cacabum æneum ipſi probè annexum ſit. per vaſa etiam vitrea cuius cannulę, frigidæ aquæ continuo immerguntur, commode fieri poſſunt. veſicæ æneæ optimè aptatur alembicum vitreum ſiue pileum roſtratum cum refrigeratorio. glutine ad hoc vtimur ex gipſo & oleo lini. Vitrum enim eo glutine fortiter hæret æneis vaſis præterea gluten eiuſmodi diu in aqua perſiſtit integrum.

## *De Oleis florum.*

FLores debito tempore collecti vaſi æneo intus ſtanno obducto integri indantur cui tãtum aquæ communis affunde, vt quatuor digitos aut ſemipalmam emineat, tum pileum roſtra-

ſtratum cum ſuo refrigeratorio vaſi imponito, iũcturis ad hoc glutine ex farina probè munitis, ſic vas fornaci imponitur cum flagrantibus prunis, & in ſubiecto vaſe recipiente dicto aqua & oleum excipitur.

### *De Oleis herbarum.*

EX thimo roriſmarino, ſaluia, mentha, maiorana, ſpica, abrothano, & ſimilibus herbis odoratis olea facillimè educuntur. eæ inciduntur, atque vaſi æneo ſupradicto cum ſufficienti quantitate aquæ communis induntur, impoſito poſtmodum pileo roſtrato, cum ſuo refrigeratorio, & flagrantibus prunis ſuppoſitis, oleum cum aqua odoratiſsimum funditur. ſi vinum loco aquæ imponas aquam vitæ in principio educes odoratiſsimam & ſuauiſsimam. legantur herbæ in plenilunio, dum floridæ, virentes, proprioque odore magis perfunduntur. ab his ſi placet ſolam comam accipe, & eo tempore, quo maximè floribus & ſeminibus coma diteſcit.

### *Olea ſeminum.*

EOdem planè modo vt de ſupradictis, olea ſeminum deſtillantur, tunduntur nonnulla groſſo modo, alia integra in vaſe æneo

vt in aqua communi per aliquot dies immerguntur; ſic ex fœniculo, aniſo, & alijs oleum exugimus. vt & ex baccis iuniperi, lauri, & ſimilibus, baccis priùs in ſufficienti quantitate aquæ maceratis. aqua, quæ cum oleo copioſè educitur ad nouam deſtillationem ſeruetur, eo enim medio plus olei elicies. ex aniſo vix pro vnaquaq; libra drac. ij. & fœniculo minus, copioſius verò ex baccis iuniperi hac etiam via producuntur.

### *Olea aromatum Cariofillorum, macis, cinamomi, piperis, gingiberis, &c.*

SVnt qui in eiuſmodi oleis eliciendis amigdalas, tartarum aut alia addunt, vt inde maiorem olei copiam proliciant, quæ fraus omnino reijcienda venit. Cariofilli Indici multum olei per ſe fundunt. piper parum admodum, parum etiam gingiber. nec maior quantitas elicitur è cinamomo. Inter eiuſmodi olea deſtillanda pręſtantiſſimæ aquæ educuntur, quibus, olei penuria, haud inconcinnè vti poſſumus.

*Cinamomi Oleum.*

QVia nobis in frequentiſſimo vſu venit oleũ cinamomi, ideo quid de eo nobis experientia conſtet dicendũ, extillamus eiuſmodi oleum per balneũ marię, infundendo prius cinamomum parum tritum in ſufficienti quantitate vini albi per 3. vel 4. dies, pro pileo æneo cum ſuo refrigeratorio, vitreum alembicum ſumimus gipſo incruſtatum, cuius frigore vapores in apice denſantur. pro recipiente ſumimus vas vitreum amplum & rotundum collo ſatis longo. prima aqua lactea eſt, quæ nouo cinamomo reaffundenda venit, hæcque operatio iterum pro tertia vice reiteratur, & in hac vltima deſtillatione habebis oleum ſubalbidum aquæ primo innatans, tractu temporis in vno ſubſidebit, & ſubſtantia illa ſubalbida per totam aquam diffuſa in oleum cogitur. In tertia deſtillatione, prima aqua eſt fragrantiſſima, cuius vix ſemicochlear exhiberi poteſt, ob ingentem eius ſubtilitatem, hinc miſcetur cum alio liquore per ſe enim maximæ eſt actiuitatis, Menſes mulierum potenter prouocat, partum facilitat, cor exhilarat, memoriam auget, ventriculo confert, venerem ſtimulat. &c.

Oleum cordis & cerebri robori maxime dica-

tum, exhilarat animum, mæſtitiamq; & omnem timorem pellit.

Nec ſolum intus ſumptum, ſed & extrinſecus admotum, ſic epilepticis, apoplecticis, & ſincope correptis mirifice confert eo naribus tantum admoto.

A Gingibere oleum, & aquam eo quo diximus modo exugimus, aquæ damus cochlear integrum cum *iuſculo carnis in coli doloribus*, confert & mirifice ventriculi affectibus, ſic *apepſit tollit*, appetitum concitat, flatus mirifice diſcutit, & alia præſtat oleum vires ſuas in longe minori quantitate exerit, ſic guttula integra pro doſi ſufficit.

Oleum & aqua cariofillorum mirum eſt quam facile intus, & extra exhibita *noſtram naturam labantem ſubleuat, feſſaque membra iuuat*. olei guttulæ eroſis dentibus cum goſsipio, immiſſa dolorem adimit, fætorem reprimit, & ad ſenium integros ſeruat.

Macis, piperis, cubebarum, granorum paradiſi olea, vires eaſdem, quas obtinent *ſimplicia* è quibus *eliciuntur poſsident tamen in minori quã*titate effectus ſuos producunt Sed ne noſtrum excedere inſtitutum videamur, ad ea, quæ ex animalibus educuntur tranſigendum.

*De*

*De Olei animalium.*

EX animalibus varia quoque oleorum genera conficiuntur, vari js item modis, vt de ſuperioribus diximus. hinc varia adhæc requiruntur inſtrumenta. fiunt quædam vulgato more per infuſionem, qui mos, vt valdè popularis à nobis omittitur. nec propterea propri js carere laudibus arbitramur, maximè ſi triplici infuſione parentur, & in fimo ęquino, vt de oleis vegetabilium per infuſionem paratis annotauimus. ſic lumbricorum olea, vulpis, & ſimilia in officinis parata vires haud ignobiles obtinent. ea verò deſtillatione ſubtiliata præſtantiori, & efficaciori virtute pollent. non rarò etiam eiuſmodi ſubtilatione vim propriam amittunt, & loco olei optati, commune oleum deſtillatum reportas, in fundo retortæ remanente extracto in qua animalis vis conſiſtit hoc à nobis dictum ſit, ne quis putet maiorem vim in magno labore conſiſtere ſemper.

*De oleo ſanguinis humani.*

ACcipe ſanguinis humani adhuc calidi partem vnam, aquæ vitæ optimæ, ſiue ſpiritus vini partes quinque, reponantur ambo

bo in vaſe circulatorio ſatis amplo, & in modum vt tres partes vacuæ permaneant. dictum vas reconde ſub fimo equino ad 20. dies, quo tempore materia in magnam molem aſſurget, duploque aucta conſpicietur (hic Genuino philoſopho medico multa præclara de aliquot morborum origine liceat contemplari.) hoc verò fit craſſiori parte ſanguinis rarefactione, vti in hæmorrhagijs ſponte per nares, & alias partes factis. tum per vrinalem vitreum cum ſuo pileo roſtrato, ad balneum mariæ aquam vitæ primò prolice, ſerum poſtea ſanguinis, quod guſtu facile deprehendes. fœcibus ſiue ſanguinis magiſterio vaſis fundo relictis, nouum vini ſpiritum reaffunde, iterumq; per 12. dies in fimo equino vt priùs reconde, tunc calore balnei vaporoſi aut mariæ vini ſpiritum prius euoca. ſubſtantiam tandem oleagineam calore vegetiore adacto habebis ad multos vſus mirabilem, apprimè ad arthriticos dolores, ad epilepſiam, phthiſim, & alios nobis adhuc incompertos. datur à ſcrup. s. ad ſcrup. 1.

*Alio modo paratur dictum oleum*, accipiendo ſanguinem ſiccum à ſero purgatum, & in ſole exſiccatum, is craſſo modo teritur, & retortæ inditur, cui prunis ardentibus adiectis, vel calore arenæ, vel ſcoriæ ferri educitur oleum, quo in arthritide illinantur artus. à ſanguine hirci, cerui, &

aliorum

aliorum olea educi poſſunt oleum cerui in arthritide maximè commendatur, *hirci in calculo*.

### *Oleum Mumiæ.*

EXtat apud Paracelſum triplex mumię ſpecies, recens, ſicca, & liquida. recens cum oleo oliuarum triginta dies *in fimo equino putrefacta* per retortam pellitur. ad articulorum dolores ab eodem maximè commendatur. ſiccam cum aqua vitæ diù prius maceratam more dicto deſtillamus. liquidam ſuprà tetigimus cùm de ſanguinis oleo verba faceremus.

### *De Oleo Excrement.*

IN animalium excrementis arcana latere plurima experientia multiplici conſtat; è ſtercore humano mirabile exſugitur oleum. ad quod exequendum magna eius copia requiritur, quod ſit immixtum, & ex homine ſano, *prius autem per* ſe corrumpitur atque in exigua quædam animalcula vertitur, hinc ferè in puluerem abit, qui retortæ inditus calore blando primum adacto, mox validiori, oleum reddit ſimul cum aqua, ambo non ſine aliqua graueolontia, quæ rectificationibus, & cohobationibus planè tollitur. valet eiuſmodi o-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0143-4 DFG

leum ad complurimos affectus, & præſertim aduerſus icterum arquatumùe morbum. creditur à nonnullis eiuſmodi oleum eſſe perpetuo duraturum. Sed hoc neque ratione, neque experientia probatur. placet eiuſmodi figmentum ad vitri malleabilis confectores relegare, ad motus perpetui cultores, & ad illos famatiſsimi lapidis chymerici perſcrutatores.

### *Oleum adipis, medullæ, axungiæ, &c.*

AXungiæ, adipis, medullę olea per retortam bis, & ter pelluntur modo ſupradicto, ipſis priùs immiſcetur duplum arenæ, quidam ſalem, arenę loco addunt, deſtillantur autem ea ratione, vt citius corpora permeent, & quò pluries deſtillantur, ſubtiliora euadunt. eiuſmodi oleorum vſus notiſſimus eſt, nos ſemel pleuritide correpti humani adipis oleo cum duplo olei adipis taxi illitu miraculi inſtar conualuimus. in paralyſi, contractiſque membris maximæ ſunt vtilitatis.

### *Oleum Ceræ.*

POpulare eſt nimis eiuſmodi oleum maximè inter chymicos, Quidam ceram multoties aqua communi calida lauant, quidam eam

fun-

fundunt, ipſique arenam duplo immiſcent, ſalem nonnulli loco arenæ, qui alumen vſtum, laterum puluerem, plumbum vſtum tandem qui aquam vitæ. Qui modi omnes à nobis probantur. nihil enim in cera perit, redditur ſubtilior, & iterum bis, & ter hac de re extillatur ſola, in quibus ſiquam qualitatem à commixtis reportarit penitus amittit. hoc apprimè ſeruandum, vt vas ſit amplum vixque tertiam partem occupet materia, ea enim excalefacta nimis dilatatur, & ſæpe integra in ſubiectum recipiens effunditur.

## De Oleis Oſsium.

EIuſmodi olea multiplici modo parantur. primo recentia adhuc & ſucculenta fracta parum & cõminuta per retortam vitream vel terream etiam per duas ollas luto ſapientiæ probe munitas ad ignem apertum oleum fundunt virtutis haud ſupernendæ.

Secundo eadem limata diùque in aqua vitæ, & in fimo equino macerata tum per retortam deſtillatur, qua in deſtillatione exſugitur aqua cũ oleo, aqua inquam virtute dictorum oſſium imbuta, & ad multa perneceſſaria.

Tertiò ignita & oleo communi imbuta more olei laterum, qui tertius modus licet non omnino

ſpernendus attamen cæteris duobus longè inferior eſt.

### *De Oleo Caſtorei, vermium, ſerpentum, &c.*

CAſtoreum prius in ſpiritu vini per aliquot dies infuſum per retortam, vt ſupra pellitur.

*Vermes terreſtres per ſe* in fimo equino putrefacti in oleum vertuntur.

Serpentum adipes igne purificatæ, & excolatæ cum pauco ſpiritu vini per retortam ſubtiliores euadunt. ipſis per ſe & citra omnē deſtillationem vtimur, colatis tantùm, & à membranulis ſuis liberatis. earum vires, & facultases ad extrinſecos vſus mirificè conducunt.

### *De Oleis Mineralium.*

VVlgus hoc olei nomine in mineralibus maximè abutitur, etenim *ſpiritus* aliquot *ſalium* oleum nuncupat, vt de vitriolo, & ſulphure liquido conſtat. vocat & oleum mineralium, & metallorum ſalem in liquorem per humidum reſolutum. vti apparet de oleo ſaturni, & aliorum metallorum. tartari oleo item notum eſt, quàm facilè eo abutantur nomine, qui cum ſal

reſolutus ſit, olei tamen ſibi vendicat appellationem.

Spagirici *veri, qui ſulphureę ſubſtātię* naturam probè *norunt, oleum* id tantum appellitant, quod eſt *naturæ* inflammabilis, ignemque ſuſcipit, atq; non miſcetur aquæ. Sicque ex mineralibus, & metallis olea vera elicienda docent. verum cum eiuſmodi *præparationem* ad *tractatulum* de mineralibus ſeruauerimus, ab his hoc in loco abſtinebimus ne tamen hoc caput vacuum penitus remaneat, per pauca vulgò nota in tyronum gratiam paucis amplectar.

### *De Tartari oleo.*

TArtarum *etſi è vegetabiliū familia erutum,* tamen tantam habet cum mineralibus affinitatem, & ſimpathiam, vt meritò in eorum ordine reponendum videatur. Duplex autem ab eo ducitur. oleum vnū verū inflāmabile, & aquæ immixtum. alterum abuſiuè ſic dictum ob eius craſſam conſiſtentiam, quod quidem nihil aliud eſt, quam ſal reſolutus. primum educitur per retortam ipſo prius in puluerem redacto; extrahitur autem valido igne, retorta ad hoc luto probe munita in qua operatione oleum cum aqua elicitur: *oleum* eſt ſubrubum cum quadam graueolen-

tia, quæ cohobationibus varijs, vt de alijs diximus facilè tollitur. vel ſi cùm capite mortuo iterum deſtillatur. calculum in renibus denſatum ſoluere traditur, iecoris obſtructiones reſerat. &c. reſolutio ſalis tartari, quod abuſiuè oleum cõmuniter dicitur, fit ex tartaro ſimpliciter calcinato, vel vſto, demum in cella vinaria reſoluto, ſi ad albedinem comburatur faciliùs in liquorem reſoluitur. *rurſus ſi dictum oleum exſiccetut*, & reſoluatur bis, & ter, *redditur potentiſſimum*, & efficaciſſimum. Comburitur autem in igne aperto, in fornace quauis, ſiue in his in quibus terrea coquũtur, ſiue in his in quibus vitrũ, & metalla funduntur à calcinato tartaro ſal poteſt ex trahi, qui in fornace vehementer calcinatus in oleum *dictum* reſoluitur totus.

### *Oleum Sulphuris.*

MVltipliei modo paratur ſulphuris oleum. Quod vulgo dicitur oleum, *liquor* eſt aquoſus ex reſolutione *ſpiritus* ſulphuris: hic enim ſpiritus à ſale in ſulphure cotento progreditur, cuius natura ad ſpiritum vitrioli proximè accedit. ideò vires haud paucas cõmunes cum oleo vitrioli obtinet eius præparatio maximè nota eſt. Sulphuris comburentis vapor cum campa-

na vitrea, vel cyatho magno ad latus parum incli-
nato excipitur, qui frigore reſolutus in vaſe ali-
quo vitreo extillatur. vix ſingula libra ſulphuris,
dragmas duas exhibet olei.

Sæpè cum trib. vel quatuor cyathis vitreis am-
plis filo ferreo in aerem ſuſpenſis vaporem excipi-
mus, & cyathis paulò inclinatis oleum in vitro
ſuppoſito delabitur. per ſe flagrat ſulphur, ſi purum
ſit, & prius tritū. ſubiectum vas ſulphur continens
ſit terreum, & paruum ad proportionem vitri, vel
campanulæ. vt pro ſingulo cyatho libram ſulphu-
ris contineat; aut paulò minus. vaſis inferioris pars
ſuperior, ſit duplo minor orificio vaſis ſuperioris.
aliquando cum igne eiuſmodi oleum elicuimus
optimum, & in maiori quantitate. per retortam
etiam elicitur. parabis, & hoc modo oleum, ſiue
liquorem multiplicabilem, & cuius vncia vna in-
tra menſem alteram vnciam dabit, pro ratione
tempeſtatis, nam ſi auſtralis ſit tempeſtas, & hu-
mida plus, ſi ſeptentrionalis, & ſicca minus. ad
eiuſmodi oleum, ſiue liquorem conficiendum, ad-
dantur pro ſingulo vaſe ſulphur continente dac.
due criſtalli calcinatæ, calcinatur autem criſtal-
lus, ea prius ignita, & in aqua frigida extincta,
quod bis, & ter reiteratur, donec ſpontè in pulue-
rem abeat criſtallus, qua ratione gemmæ multæ
calcinantur, ex quibus poſtea varia poſſunt confi-
ci re-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0149-1

ci remedia. Pro liquore noſtro multiplicabili, criſtalli puluis in vaſis fundo priùs immittitur, ſecus deflagrationem *ſulphuris* cohibet. vires huius olei mirabilis eſt, nam continuò augetur, & quod ab eo prodijt, eſt veluti aqua deſtillata ſubacida. hęc cum aliquo liquore data ſitim extinguit, obſtructiones, & infarctus renum, & iecoris ſoluit, menſes mouet, & alia egregia præſtat.

### *De Oleo Talci, & aliorum Mineralium.*

OLeum Talci pro mulierum mangonio vehementer exoptatum, adhuc nos latet legitimum, & quicquid iactent circonforanei deſtillatores, purum eſt mendacium: *vel enim eſt liquor ſalis eius reſolutus, vel oleum* rei mixtæ. Si quidem, *vel ipſum* per ſe, vel cum alio calcinant, & à calcinato ſalem extrahunt, quem poſtea in loco humido reſoluunt, vel alijs rebus idipſum commiſcent, tumque retortæ indunt, vel denique varia *alia* figmenta nobis obtrudunt, *quibus* ſæpe credulos *decipiunt*. Verùm cum eiuſmodi oleum in arte Medica *nullum* habeat vſum, quid vſu, & experientia in eo *tractando* cognouerim alium in locum rei jcimus.

Oleum de lateribus quod, & Philoſophorum dicitur, notum eſt, ideo ab eo, atque; à *multis* alijs

hic

hic abſtinebimus, ſub qua etiam conſideratione oleum gagates, *ſuccini*, & *aliorum multorum*, quæ hic conſulto *omittimus*, & eo *magis* quod ſimilia *in tractatum* mineralium diſtulerim.

Olea quoque metallorum Saturni, Iouis, & aliorum eademmet cauſa in eum locum reſeruaui. Nunc ad ſalium extractionem, & præparationem deueniendum.

### *De Salium extractione, & præparatione in genere.*

SAl tertium Hermeticorum principium ab omni antiquitate miris laudibus extollitur, ab Homero Diuinus appellatur. Plato in *Thimeo, amicum Dei corpus nuncupat. antiquitùs nullum dabatur ſacrificium ſine ſale.* Quicquid obtuleris ſacrificij ſale condies nec auferes ſal fœderis Dei tui de ſacrificio tuo. In omni oblatione offeres ſal à ſupremo numine his verbis exaltatur, dicente Apoſt. vos eſtis ſal terræ, quod ſi ſal euanuerit, &c. ad nihilũ valet vltrà, *niſi vt* mittatur foràs, & conculcetur ab hominibus tribus litteris eius nomen deſignatur, apud Hebręos שָׁלֹה quaſi rex, Gręcos ἅλς. Latinos ſal, forte à ſignificatione, פֶּלֶה pacificare, & quieſcere, item perficere, etenim ſine ſale nihil perfectum eſt. mit

*Leuit. c. 2.*

*Mat. c. 1.*

to alias linguas ab his deriuatas eandem ſeruare harmoniam. tanta eſt eiuſmodi ſalis neceſſitas, vt & etiam referente *Plinio lib* 31.cap 17 ſine ſale vita perſiſtere nequeat, à putredine tutus eſt, & alia ab ea ſeruat, & tutatur: propterea in ſacris æternitatis ſignum habetur. ſal ventriculum excalefacit, venerem ſtimulat, prolificumq; ſemen reddit, ob id *Aegyptij* canes ad coitum inertes ſalſamentis, carnibuſq; ſale maceratis ad venerem alacriores reddebant, hinc veneri *dediti ſalaces* dicuntur; propterea venerem è ſalo natam finxerunt. Aues prolificæ, vt columbæ ſale haud parum oblectantur. Paſtores apud Plutarchum de cauſ. nat pabula pecorum ſale conſpergebant. ſed his miſſis ad inſtitutum reuertamur. *Sal*, qui ex vegetabilibus educitur à Theoph. P. per metonymiam Alchali dicitur. ex eo quod ſal quilibet plantæ fiat per incinerationem, qui verò ſine incineratione fit propriè eſt tartarum, ſale, ſulphure, & tinctura plantæ conſtans eiuſmodi ſal, eſſentialis à recentioribus nuncupatur; fit autem ſal ex vegetabilibus vno eodemque modo, eorum videlicet cineribus in ſufficienti quantitate aquæ communis infuſis, & percolatis, vt commune fit lixiuium, quod exſiccatur in vaſe terreo deuitreato, aut in alembico cum ſuo capitello, in imo vaſis ſubſidebit ſal impurus, qui reiteratis ſolutioni-

nibus,

nibus, filtrationibus, & coagulationibus purificatur, bis, terq́; repetitur dicta operatio, ſi admodum pellucidus deſideretur. cauentes ne in fine omnimoda humiditas euaneſcat, ſed ſenſim, & per ſe in ſtuffa, vel in aere calido exſiccetur. In eiuſmodi extractione triplex ſalis ſpecies poteſt conſiderari, volatilis, fixus, & vtriuſq́; naturæ particeps, quas vocant, vegetabilem, animalem, & mineralem vegetabilis facile in auras abit, atq́; cum aqua vitæ illius plantę ex qua ſal vegetabilis ſalem educturus es, elicitur, ipſiq́; perpetuo commiſcetur. in tinctura etiam volatilis ſeruatur, ſi rectè operatus fueris. in tinctura tamen vtriuſque naturæ particeps, qui, & animalis dicitur, propriè reſidet. fixus, qui mineralis, cineribus arctè hæret in hiſque firmiter conſidet. in ſuccorum anatome cuncta hæc rimari liceat, in vino nihil apertius, & certius.

*De Speciali ſalium vegetabil. præparatione.*

IN vniuſcuiuſq́; plantæ ſale conficiendo ſi herba recens ſit, & ſucculenta, prius aquam ab ea abſtrahe, eamque ſeorſum ſerua, ſiccatam herbam in olla terrea vitriata combure ad iuſtam incinerationem, cineribus in vaſe vitreo vrinali, aut ſimili aſſunde aquæ ſupradictę tantùm, vt qua



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0153-0

tuor digitos ſupereminear, bulliant parum, & colentur, relictis cineribus nouam aquam reaffunde, quæ iterum bulliat, & coletur, tum iſtas aquas ſiue lixiuium vtrumq; filtra, & per alembicum omnem humiditatem abſtrahe, in fine parum humiditatis relinq;, ne volatiles ſpiritus euaneſcāt, quod facile per incuriam contingere ſolet, propterea melius erit in fine vas in ſtuffa collocare, vel calido aeri exponere, quam ſubtiliorem partem perdere ob nimiam, & feſtinatam exſiccationem. ſal vt purior euadat cum extracta aqua diſſoluatur, filtro per coletur, & vt ſupra exſiccetur.

### *De Sale ſine incineratione parando, quem eſſentialem vocant.*

QVædam herbæ ſale, & tartaro magis refertæ ſine incineratione, ſucco earum expreſſo, corato. filtrato, & coagulato, atq; per aliquot dies aſſeruato ſpeciem ſalis colorem, & ſaporem plantæ quoquo pacto referentes de ſe promunt. quædam etiam integræ, contuſæ, & in amplo vaſe cum ſufficienti quantitate aquæ excoctæ ſalem ſine tartarum, aut cremorem exhibent iuſta eſt danda coctio alias totum perit negocium. exſiccis plantis, ex lignis tum noſtra-

tibus

tibus, tum exoticis ſalem hac via parauimus. res prius per aliquot dies macerantes, deinde excoquentes atq; colatura ad iuſtam craſsitiem perducta ſenſim tartarum deponit in aliquibus reiteratæ infuſiones ſufficiunt. quæ omnia manualis operatio expreſſe docet.

*De viribus, & facultatibus ſalium, atq; de eorum vſu, &c.*

FAcultas ſalium non ſemper plantæ ex qua ſal educitur, reſpondet, nec propterea eiuſmodi diſsimilitudo ab igne prouenit, quis enim tam hebes, & philoſophiæ rudis? vt credat accidens de ſubiecto in ſubiectum migrare, caliditatem ignis in cineres, & ſalem. Empedoclei, ſeù potiùs materiales eiuſmodi medicaſtri de empireumate aduerſus iatrochymicos multa quotidie deblaterant, & quid dicant plane ignorant. In ſale vis laxatiua potiſsimum reſidet, & maximè in volatili. vis etiam aperitiua, attenuans, & incidens, vis quoq; diaphoretica, ea de cauſa vbi purgatione opus eſt, nulla commodior fit quam per ſalem, cum ſua tinctura ſic extracta, quæ quoquo pacto ſalis ſpecies ſunt commodiſsimè purgant, ſi cum ſuo ſale exhibeantur. aperitiua item, ob id in ciendis menſibus, ſalibus frequentiſsimè *Vis laxatiua ĩ ſale*

vti-

vtimur, ſicut, & atterendis, & reijciendis calculis, pollent deniq; vi diaphoretica, prout eſt principium ex quibus eliciuntur. particulares ſalium facultates ſæpe plantis ex quibus eliciũtur reſpõdent. vt capiti, ſal betonicæ, qui, & mulierum menſes mouet, ſal ligni viſci quercini, radicum peoniæ, ſem. feniculi, & ſimilium. conferunt oculis ſal fœniculi, verbenæ, euphraſiæ, &c. pectori ſal ſcabioſæ, *hypericonis, polipodij*, &c. cordi, ſal meliſſæ, borraginis, & *aliorum cardiacum*. Ventriculo ſal abſinthij, menthæ, &c. renibus, ſal ononidos, argentinæ, pimpinellæ, camomillę, geniſtæ, &c. vtero medentur ſal thanaceti, matricariæ, arthemiſiæ, meliſſæ, chelidonij, &c. Iuncturis tum purgando, tum alterando, *vt ſal iuæ arthericæ, chamædrios, primulæ veris*, purgando *vt ſal hellebori, hermodactilorum*. Thurbit, agarici, & ſimilium. Et eorum vſus plerumque eſt in cibarijs, alterantium præſertim. purgantium manè, & ſerò cum iuſculo carnis, vel alio liquore, vel cum conſeruis, 4. vel 5 horis ante cibum Doſis eſt pro natura ſalis, ægri conditione, & morbi magnitudine.

*Salium vſus.*

De

### *De Salis animalium præparatione.*

SI antiqui tanti fecerunt craſſam illam ſalium theriacalium præparationem, quæ tantummodo incineratio erat, quanti, & nos præſentẽ elegantiorẽ, & illorũ longè præſtantiorem, quæ non ſolum incineratio, verum ſubſtantię viuificæ ſalis à cineribus ſegregatio eſt, qualis hodiè ab artificibus excolitur, & ſola in vſum habetur. In animantibus parum ſalis fixi reperitur, qui verò mediam naturam obtinet, copioſus, vti, & volatilis. rarò eiuſmodi ſalium, ſpecies in vſum aduocatur, & eius loco magiſteria, aut ipſa integra in puluerem tantum adducta ex vipera, neq; ſalem, neq; magiſterium vſurpamus, ſed eam integram, & ſolum in puluerem adductam, etenim tædioſas, & prolixas præparationes plane reijcimus, inutiles præſertim. Sic vermes terreſtres quos lumbricos vocant, aſellos, & alia pleraque, ſecus ad eorum ſalia paranda viperæ plurium regionum non ſufficerent. rurſus in his vis eſt quędam alimentalis, quæ incineratione perit, ex oſſibus, & ſanguine in quibus ſalis haud parũ continetur, ſalem elicimus, qui è ſanguine excrementitius, & volatilis. ex oſsibus alimentarius & magis fixus. Extrahendi modus non multùm diſcre-

par à modo ſuprà allato de ſalium vegetabilium præparatione.

*Sal Sanguinis humani.*

SAl ſanguinis humani præparatur ex fœcibus poſt olei extractionem relictis. Extracto ſiquidem oleo, ignis augetur, tunc ſal volatilis ad retortæ, vel capitelli latera ſublimatur. fœcibus concrematis & in cinerem verſis, vel in eodem vaſe, vel alio, aqua prius è ſanguine educta, vel alia ſtillatitia, affunditur, atque per filtrum traijcitur, tandem per alembicum deſtillatur, & in fundo vaſis ſal remanet, repurgatur ſal & pellucidus redditur vti de varijs ſalium vegetab. præparationis dictum eſt. hac in re parum intereſt an cum aqua vitę vel per ſe deſtillatus fuerit. illas verò præparationes, quæ cum ſale, aut eius ſpiritu fiunt omnino ab hac operatione reijcimus. ſecus non ſimplex, ſed compoſitum haberetur.

*Sal Carnium, Oſsium, & aliarum partium.*

CArnes, oſſa, & aliæ partes animalium, eo, quo diximus modo in ſalis formam adducimus, verum his parce vtimur, ea de cau-

cauſa breui hac explicatio de contentus, eius loco, torrefactionem longo vſu, & experientia nobis comprobatam ſubijciemus. aſſumimus itaque viperas capite, & cauda abſciſſis, eo loco vbi exangues, & ſine carne ſunt, non autem quatuor digitos à capite, vt falsò putat vulgari opinio: etenim earum virus in ſola dentium extremitate conſiſtit, eas pelle, & interraneis liberamus, atque triplici aqua lotas in partes ſeptem, vel octo ſcindimus, tum demum vrinali vitreo capaci eiuſmodi partes partes induntur, quibus pauxillum aquę vitę affunde, tandem per arenam lento calore deſtillationem inſtitue, prolecta omni humiditate, caro in vaſis fundo ſicca remanet, quæ facillimè teritur. hoc puluere crebre vtimur in cutaneis affectibus, & maxime in cibis, quod gratiſſimi ſaporis ſit mane etiam ieiunio ſtomacho ad drac. s. & drac. 1. cum conſerua vel vino. ſunt qui putant eiuſmodi pulueres nullius eſſe efficaciæ, at erãt toto Cęlo, vt & ſequentibus millies experientia nobis conſtitit. *Vſus, & propriet.*

*Puluis Ranarum.*

ACcipe Ranas integras, & viuentes ad numerum quinquaginta, eæ vrinali vitreo induntur, atque per balneum mariæ, vel vaporoſum extillantur. quæ primo exit aqua ſeor-

ſum ſeruetur, ea intus exhibita hæmorragias ſiſtit, febres hęcticas mitigat, omnem inflammationem admota ſedat, hæmorroidibus, & alijs ex inflammatione ortis doloribus confert, exhibetur ad vnc. ij. & iij. de puluere datur drac. s. & drac. 1 fluores albos mulierum ſummopere iuuat, hæmorhagias, quoque ſiſtit, & gonorrhoeam, ſanat denſat tandem, & coagulat humores, quos diſſoluit.

*Puluis Vermium terreſtrium.*

EXſiccantur Vermes ſiue lumbrici, vel eo quo ſupra diximus modo, vel in furno poſt panis extractionem. hic puluis mane per ſe, vel cum pauco cinamomi exhibitus obſtructiones iecoris, & lienis reſerat, mulierum menſes mouet, vrinam pellit, hydropicis non parum confert, vermes enecat, & alia præſtat adhuc incomperta.

*Puluis Cancrorum fluuiatilium.*

INnotuit antiquis vis, & facultas eiuſmodi pulueris vt ex Gal. & alijs habetur, aduerſus rabidorum canum morſus. nos in contempto fœtu retinendo eius vſum pluries comperti ſumus. mulier cuiuſdam phrigij ſepties abortum paſſa, hoc puluere ad duos menſes accepto, partum ad

finem fœliciter tulit. eos viuos, vt ranas, in olla vitriata poſt panis extractionem exſiccamus. de puluere datur ad libitum in cibis ſero, & mane, ſi rite non exſiccantur grauem odorem nanciſcuntur, ideo cautè agendum, calor ſit mitis admodum, & æqualis. doſis non excedat vnc.s. in diem.

### *Halecis Puluis.*

HOc puluere vtimur in calculis renum, & veſicæ, atterendis. exſiccantur modo ſuprad. accipitur huiuſce pulueris drac. j.

Sanguinis hirci vulgariter parati drac. ij.

Lapidum oculorum cancrorum fluuiatilium drac. iij.

*huius pulueris datur cum conſerua aliqua ſingulis* diebus mane pro *calculo* comminuendo, drac. j. pro doſi. Qui ex his tincturas, eſſentias, magiſteria, & conſimilia parare cupiunt hoc ipſis per nos liceat, noſtra proferimus, difficilia aſſerimus, & impoſſibilia rei jcimus.

### *De excrementorum animalium præparat.*

IN animalium excrementis mirum dictu, quàm rara, & perfecta remedia reperiantur, & vt ab homine omnium principe exordiar, in huma- *Stercoris humani facultas.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0161-4

no ſtercore mira vis latet, in viſcerum obſtructionibus aperiandis, tritum eſt, ipſum tumoribus admotum eos emollire, & ad ſuppurationem perducere. vnde in tumoribus peſtis ſummopere celebratur. intus adhibendum Galenus non perhorreſcit, lib. de his, quæ facilè parantur ad Solonem, etenim ipſe inquit, humanum ſtercum in panniculo deligatum, & crematum potui dato, hoc iam ſuffocatis opem fert. apud eundem Gal videre eſt, quid præſtet idem ſtercus aduerſus anginam, *lib.* de ſimpl. med. facult dicit fuiſſe arcanum ab alio, pretio coēptum, cuius ope omnes angina detenti conualuerunt. extat recentiſſimum experimentum aduerſus epilepſiam de primo ſtercore infantium, quod vulgò apud Italos *dicitur paganina*, id dicunt ſiccum, & *in tenuem polinem* reductum, atque ad complures dies exhibitum, caducū morbum radicitùs euellere. Salem ex eo confici poſſe modo à nobis ſupra allato de alijs in cinerem verſis, facile eſt cognitu, ad quod magna quantitas requiritur. Verum eiuſmodi remedij genus nobis hucuſque non fuit in vſu, ideo ipſi *liberè* ſuperſedeo. Quidam nobis notus poſt olei eductionem, vt ſupra notauimus, ſalem ex eo parauit, vt proprio oleo mixtus, materiam præberet igni inextinguibilem, at propria opinione deluſus, vt alij pſeudochymici, oleum, & operam perdidit. quod pro-

**Sal ſtercoris hum.**

pter

pter incautos annotare placuit.

Inſuper in ſtercoribus magnas latere virtutes minime diffido, at nobis haud ſatis cognitas, ideo ne cramben recoquere videamur ab his abſtinemus, qui plura deſiderat videat Galenum de ſimp. med. facult. lib. 10. ſub fine, ab eo prætermiſſa ipſiq́ue incognita referam. ſtercus Laceratæ viridis oculorum ſuffuſionibus mederi experimento conſtat. multũ reperitur in prouincia Galliæ, vbi eiuſmodi animalcula copioſa, & magna reperiuntur. *Lacertæ viridis ſtercus vis, & proprietas.*

Ex ſterquilinijs magna ſalis copia habetur hinc agrorum fęcunditas, olei etiam non minima quantitas, ſubſtantiæ vero mercurialis, ſeù vere ſpiritualiſq́ue materiæ aqueæ, quam minima.

*Reliqua excrementorum genera, vt vrina, ſudor, ſordes, ſtrigmenta, pili, & vngues raro nobis in vſum veniunt, idcirco ea conſultò præterimus.* equorum verrucæ, cornua cerui, & vngues alcis vulgato more ob eorum penuriam, (ſecus enim in nobiliorem formam eſſent adducenda,) vſui noſtro ſubijciuntur integra, & per ſe.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0163-5

## SECTIO IX.

### *De Magiſterijs.*

MAgiſteria tam plantarum, quam animalium, & mineralium: præparatio eſt quædam citra ſubſtantiæ ſeparationem, cum additione alicuius rei, propter quod rei parandæ vis, & facultas augetur exaltatur, & couſeruatur. huiuſce rei hydromel nobis ſit rude exemplum, quod quidem virtutem longe diuerſam à melle, & aqua nanciſcuntur. contemplare, & acetum, quod ex optimo vino fere in momento fit additione vnius rei. De virtute, & præſtantia magiſteriorum, ita ſcribit Theoph. Parac. herbarum itidem magi-
» ſteria adeò efficacia sūt, vt eorum vncia ſemis plus
» operetur, quam ipſorum corporis vnciæ centum,
» ideò quod vix centeſima pars eſſentia quinta ſit.
» Quare cum iſtius tam pauca ſit quantitas, illius
» maior foret adhibenda moles, quod in magiſterijs
» non requiritur, nam in iſtis integra quantitas her-
» barum in magiſterium reducitur, huius vna pars
» adhibita plus prodeſt, quam partes centum ſimilis
» corporis, ea ratione quia præparata ſunt magiſte-
» ria, tum ad ſummum acuta facta. in eis eſt pene-
» trabilitas, & vis integri corporis ex permixtione

orta,

orta, &c horum conficiendi methodus apud eundem reperi. lib ſexto Archidoxorum cuius verba ſunt hæc. *author per obſcurus eſt, nos hanc ſequimur methodum.* herbas virentes accipimus, eaſq; tuſas in mortariolo lapideo terimus, eiſque permiſcemus ſuccum aliquem vinoſum, tunc addend. aliquando portionem aliquam fermenti, vt eius medio vinoſam ſubſtantiam acquirat: per balneum mariæ ſpiritus educitur, qui nouę materię reaffuſus nouam inducit fermentationem, ter, & quater eadem reperitur operatio, & ſic maior elicitur ſpiritus, ſeu magiſteri j quantitas.

## *Magiſterium Lignorum.*

*ACcipe lignum minutim inciſum*, quòd in ollam vitreatā, & in igne conſtāte, & optimè coopertā poſitam igne carbonum horis quatuor aduratur, exemptumque putrificetur in vitro per menſem, poſt per cineres vrgeatur, vſq; ad vltimos ſpiritus, quibus perceptis mox *ceſſa*, ne magiſterium fœtorem ab igne concipiat. fateor equidem eiuſmodi methodum eſſe admodum obſcuram, nec omnes authoris mentem aſſequi poſſe, hoc vero conſulto ab eo factum eſt ne ſacra profanis, & margaritas porcis proi jceret, quod, & in ali js pręſtantiſſimis medicinę arcanis exactè ſeruauit.

nos

nos præſentem ſequimur viam ligna minutim incidimus primò, atque rum ea in vaſe vitreo cappaci maceramus in s. quantitate aquæ communis per 15. vel 20. dies in cella vinaria, in ea maceratione quod intus latebat manifeſtum fit, tunc per balneum mariæ elicirur ſpiritus fragrans, & vinoſus, qui nouo reaffunditur ligno, & vt prius præmiſſa maceratione liquor ſpiritualis elicitur, &c.

*Magiſterium herbarum.*

ACcipe herbas, eaſque tuſas vino ardenti per miſce, atque per menſem putrefieri ſiniro, poſtmodum per balneum maris deſtilla, deſtillatum iterum reaffunde, ſicque tamdiu procedendum quouſque tota quantitas ardentis vini quater ſuccis herbarum minor ſit. hoc ipſum deſtilla per pellicanum nouis cum additamentis vno menſe, tandem ſeparatò, quo peracto magiſterium habebis materiæ, vel hærbæ quam accepiſti. de quibus idem author inquit. maius in extractio nibus iſtis latet artificium, quam dicitur, aut intelligitur, quamuis integer proceſſus hic demonſtretur.

De

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0166-2

*De Magiſterio animalium.*

MAgiſterium ſanguinis humani ſic paratur; Rec. ſanguinem humanum, quem pellicano concluſum tranſcendere ſuper ventrem equinum tandiu ſinas, donec tertia pars pellicani impleatur, nam ſanguis omnis in ſua reſtificatione dilatatur iuxta quantitatem, & non ſecundum pondus. hoc tempore peracto rectificabis ipſum per balneum. Hac via phlegmata recedunt, in fundo magiſterio manente, quod quidem retorta ſigillo hermetis concluſa nouies deſtillato prout libro de præparationibus apud ipſum docetur.

*Ex cranio humano paratur magiſterium duplici modo, primo per Quercetani modum, vt habetur in ſua tetrade fol. 326. ſecundo,* eo quo diximus de extractis paucis mutatis, & adiectis. diſſoluens ad hoc vtimur aqua vitæ ſpiritu vitrioli exaſperata, extractæ tincturæ ſal ipſius cranij ſub fine adijcitur. Vermium terreſtrium magiſterium nobis aliquando vſurpatum, ſit cum ſpiritu illo balſamico ex vegetabilium familia educto. aſtaci, ſiue cancri fluuiatiles eum in modum in magiſteria adducuntur.

Item Ranæ, viperæ, & ſimilia animalcula de quibus alibi fuſius.

## *De Magiſterijs mineralium.*

FOſſilium, atque mineralium magiſteria ab eodem Parac. lib. de archidoxis deſcripta in medium adducemus, quid vero de his ſentiamus, quidue in experientia agnouerimus, huc uſq; diſtulimus, his maxime temporibus, dum omnia non veritatis criterio, ſed ſola proteruorũ malignantium opinione conſpurcantur, & fœda auaritia ſupremas obtineat.

## *Magiſterium auri.*

Rec. circulatum optimè nec non ad ſummam eſſentiam repurgatum, cui tenuiſsimas laminas metallinas impones, aut limaturas cuiuſcumq; metalli libuerit, optime ſubtiliſsimeq; malleati, nec non mundati. hæc duo ſimul pondere ſufficienti congeſta ſeprimanis quatuor circulentur, & per temperatum hoc lamine circulentur, & per temperatum hoc laminæ reducentur in oleum, & formam pinguedinis ſupernatantis, iuxta conditionem ſui metalli coloratæ, quam per attractorium argenteum ſeparabis à circulato. hoc ipſum eſt, aurum vel argentum potabile. Simile cum cæteris metallis etiam extrahetur, quod abſq; detrimen-

mento ſumi poteſt in potum vel vna cum cibo. Circulatum, illud eſt valde obſcurum, an ſit Lullij diſoluens plane nos latet. ſpiritum vini ad ſupremum adduximus eumq; proprio ſale exacuimus, nec propterea diſſoluens tam inſigne comperuimus. nobis nota eſt quædam magiſterij ſpecies, at quia obſcura eſt nimis, difficilis, & paratu difficillima, neq; eſt vt omnibus tutò concredatur, ſatius ab ea deſiſtendum exiſtimauimus.

*Magiſterium Gemmarum, & perlarum.*

GEmmæ, inquit Parac. ſunt prius terendæ, & calcinandæ per reuerberatorium cum æquali pondere ſalis nitri, & tandiu donec nulla materia ſuperflua ſit reperta poſt ablutionẽ iterum calcinentur, & per omnia fac vt prius, & ſic totum in vinum ardens tranſit. hoc per ebulitionem euaporare ſinito, & ſic habebis alcali quod reſolutum in aquam ſeruato. Gemmas cum floribus ſulphuris calcinant nonnulli, nos per ſe ignitas in frigidam inijcimus, terque hoc repetimus, & eæ in tenuem puluerem facillime abeunt, quæ poſtea proprio diſſoluente in perfectum magiſterium reducuntur. Vniones citra calcinationem, vt & coralla cũ aceto vel ſucco limonum vel alio liquore acido deſtillato facillimè ſoluuntur. re-



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0169-2

percuſſio, quæ fit cum oleo tartari nobis minime arridet, eo quod tartari ſpirirus vnionũ ſalis adeo arctè cohæret vt ſeorſum ſeparari, haud facilè ſit, ablutionibus, quamuis pluries repetitis. propterea hic notandum venit Paracel. verba ad vnguẽ non eſſe ſeruanda non quod probe non norit, quæ dixerit, ſed quod id ſtudio ab eo factum ſit, vt ſupranotauimus. Si quidem in Chymicis præparatonibus peritiſsimus, & ſolertiſsimus fuit adeo vt ipſi ſimilem reperiri neminem fuiſſe credam, quod omnes etiam inuiti vnico ore fatentur.

*De Cliſſo.*

CLiſſus compoſitum quid ex ſupradictis pręparationibus longa non eget explicatione, eſt enim cliſſus vnio quædam omniũ virtutum cuiuslibet plantæ in tribus primis ſubſtantijs exiſtentium ſulphure, ſale, & mercurio, ex ſingulis plantarum partibus eductis, vt ſi ex radicibus ſeorſum iſthæc tria educantur, ex folijs itidem floribus fructibus, & ſeminibus poſtea inuicem miſceantur, & probè vniantur. oleum ſali primo miſcebitur, ad lentum ignem, læui agitatione facta, aqua vltimo ſuperaditur. aquam hic intelligimus ſpiritualem illum liquorem aquæ vitæ ſimilem, qui propriè Mercurius dicitur, elixir, &

quinta eſſentia, de cuius præparandi methodo, ſupra de aquis parandis non nihil diximus ſi adſit multum humiditatis per reiteratas cohobationes, vaſorum orificijs ad id probè obturatis facillimè inuicem miſcentur, poſſunt in puluerem verti, vel in aliam formam ad libitum tamen ſub extracti forma rite ſeruantur. Eorum vſus atque de magiſterijs eſt admodum facilis, dantur diſſoluta in aliquo liquore, vel in boli, vel pilulæ formam doſis ſola experientia cognoſcitur, tempus quoq; ſeligitur à medico pro natura morbi, ægri conditione, & tempeſtatis ratione.

## SECTIO X.

### *De Quinta eſſentia.*

QVinta eſſentia adhuc multos latet, an ſit, & quid ſit; conceſſa; an à rebus ſegregari poſsit nec ne, eam non eſſe, contendunt Philoſophi, & Medici haud pauci, derident ſpecioſa vocabula, quibus illa exornatur, nunc vt Cœlum philoſophorum, ignem cœleſtem, ſpiritum, & calorem inſitum, humidum primigeniũ, balſamum, mumiam, lapidem, azoot, mercurium, elixir, aurum potabile, rorem cœleſtem, vniuerſale diſſoluens materiam primam, &c. quæ quidẽ

voca-

vocabula per obſcura ſunt, his maximè, qui artem non callent. at hi in varias opiniones abeunt, neque ipſam formam niſi temperamẽtum agnoſcũt, magno ſibillo eam à ſcolis penitus explodunt, qui verò præter elementa aliquid diuinius in mixtis reperiri fatentur, formam videlicet à temperamento diuerſam, vt quæ ſubſtantia illud verò accidẽs, cuius medio nihil poteſt ſubſiſtere. hanc tamen à materia inſeparabilem dixerunt, ſunt præterea huiuſce ſententiæ variæ opiniones, nam quidam volunt in mixtis elementa actu remanere, alij virtute: nonnulli pluralitatem formarum, alij vnicam tantum formam ponunt: cæterùm qui pluralitatem, aliqui corporeitatis formam tantũ, alij tot formę quot prędicata eſſentialia, tandem quot capita, tot ſententiæ. Hiſce ambagibus irretiti Accademici, rerum caducarum opinionem ſolum haberi, ſcientiam verò non conſtanter aſſerebant nec immeritò Socrates hiſce rerum difficultatibus ad amuſſim excuſſis, eò tantum deuenit, vt ſe nihil ſcire fateretur; & ni fallor adeo eſt hebes, & obtuſus humanus intellectus, vt quotieſcumque extra ſe excurrit, & ab ignobilibus, corruptibilibus, & incertis, nobiliſſimam, incorruptibilem, & certiſſimam ſcientiam colligere ſtudet, toto cœlo oberrans à veri cognitione penitus excidat. Medicus, qui eſt artifex ſenſatus, ſolo experientiæ

cri-

criterio res ponderat, examinat, probat, & reprobat, quo in agendo non rationem ſpernit, vt temerè empirici, *ſed eam tamquam iudicem* in omnibus aduocat, *qua perbellè ſuffultus, audet tot* facultatum, & virtutum rei vniuſcuiuſq; peculiaris ſedes, & loca quibus potiſsimum inſunt, ſcrutari; eaſq; in medium ptotrahere. cumq; autem rerum facultates, & vires, quas ſpecificas, & occultas nuncupant, plus vni, quam alteri parti inhærere videant, ea pars à toto mixtò ſegregata, eſſentia quinta dicitur, qua appellatione, tam ſal, quam ſulphur, & Mercurius, eſſentia quinta vocatur. an hæc vis, & energia à temperamento, vel à forma, vel à materia emergat, Medico non eſt, *vltro contemplari: nam in medendo rerum actiones, & effectus obſeruat, non eiuſmodi effectuum,* & actionum cauſas, quod *ſi quis* à nobis *id* enixè flagitet, dicimus tales vires, neq; à materia, neque à temperamento progredi, ea quando quidem ad agendum ſint in efficacia, temperamentum accidens eſt, & penitus immobile. materia cum pura ſit potentia, & actio, & motus ab eo quod actu eſt, emanet tantùm, ridiculum eſt, ipſi velle actionem tribuere. formam in plantis auulſis, & emortuis periſſe, partim ſibi, partim verò non, nobis enim non, imò viuere tunc incipere: nam finis cui deſtinatæ ſunt, dum viuunt nullus eſt, cœpit vero

eſſe

eſſe, cum nobis in vſum veniunt. forma verò rei ab actione cognoſcitur, & actionis eiuſcemodi rerum perfectio finis eſt. Itaque cùm viuenti corpori præbere auxilium, mederi, & afferre commodum in Diuina mente ſtatutũ eſſet, per opportunum erat materiam ad id ſenſibilem, & viuentem decernere. facta eſt igitur vita plantarum rerumq; omnium, quæ in hominum vſum cedunt, tam in alimoniam, quam in medicinam, corporea, & ſenſibilis, quæ cùm huic, magis quàm illi materiæ hæreat, eaq; delectetur atq; ſub tali veſte nobis appareat mirum non eſt, ſi à reliquo, inutili, craſſo, & emortuo ſegregare poſſimus, & hanc materiam, quartam, vel quintam eſſentiam appellemus, de quo nomine parùm intereſt, non enim de nominibus medicus multùm debet eſſe ſolicitus; verum magis de rebus ipſis. Præmiſſis, patet Quintam eſſentiam eſſe rerùm vitam corporeã, & ſenſibilem, non vitam quidem qua viuunt ſibi, ſed eam cuius cauſa nobis viuunt, quæ opinio nedum hermeticorum propria eſt, verum, & platonicorum. Item ſi peripateticorum principem rite examinemus, eiuſque mentem exactè perpendere volumus, non eum ab hac opinione longè diuerſum comperiemus. At hæc contemplatio huius non eſt loci, ideo manus à tabula.

*Eßentia ſ. quid.*

Præparatio ſiue extractio Quintę eſſentiæ, multiplex

tiplex eſt. pro varietate rerum ex quibus educitur. nam alio modo ex plantis, *alio* ex animalibus, & alio ex mine*ralibus ſub quibus complectimur* metalla. *Vitam ſeù* Quintam metalla eſſentiam in colore potiſsimum continent, Animalia in ſapore, & odore, Plantæ in odore, ſapore, colore, & tinctura ex quibus manifeſtè liquet in præmiſsis præparationibus quodammodo edocuiſſe methodum extrahendi Quintas eſſentias plantarum, quamquam adhuc ſecretior, & nobilior deſideretur ex animalibus non ita apertè, at, qui in ſupranotatis ſe aliquandiu exercuerit, illi perfacile erit veram methodum inuenire. ex metallis res eſt admodum ardua, & vnumquodque metallum peculiarem *methodũ requirit vti in progreſſu latius patebit.non me latet interea erroneam aliquot nõ* uorum dogmatizantium opinionem, qua putant rerum omnium vitam eſſe ſenſibilem, eamq́; perpetuam, & cum plantæ, & alia vita donata exſiccantur, & viſibili vita priuantur, non propterea eandem vitam perire imò in arido, & exuto corpore ſeruari, ſenſibilem quidem, *licet* non viſibilem: artis tamen beneficio viſibilem rurſum fieri. ſed ne vltro cũ his in ampl*iſſimos* gurgites, & profundiſſimas voragines excurrat ſermo noſter ad earum præparationes tutiſsimum portum appellamus.

*Theoph. P. in archidoxis & alibi. Quercet. in Apolog. & in tetrade.*

*Quintæ eſſentiæ herbarum extractio.*

A *Pluribus* variè *traditur* iſthæc quintæ eſſentiæ extractio. quidam intra menſes, alij intra dies, & ſeptimanas, alj intra diem, & nonnulli intra horulam; imò, & intra quadrantem. nos non ex omnibus eodem modo, nec eodem *tempore fieri poſſe* aſſerimus. quædam in ſuperfice, quædam in centro *cõſident. alia poſtmodum* ſunt tenuia, alia denſa, & compacta. quod ſit vero diſſoluens aliquod vniuerſale planè ignoro, & vereor ne cum famoſo lapide philoſophico equali pede inſcedat. ampulloſi illi iactato res eadem fronte vtrumque pollicentur. *diuerſa igitur pro re nata ſunt habenda diſſoluentium* genera. ſulphurea, & aquea, & hæc contraria materiæ ex qua ipſa ſit extrahenda, & hoc vt diſſoluens in totum à quinta eſſentia recedat Herbas hunc in modum paramus accipimus ſufficientem *quantitatẽ* ſiccæ, vel virentes herbę, virentem *contundimus*, cui ſi non ſatis *ſucculentæ, aquam ab ipſamet plã*ta deſtillatam adde, atq; tùm per menſem in fimo equino reconde; ſucco *prælo* fortiter expreſſo iterum nouas *herbas infundimus*, totidemq; diebus ſub fimo detento, ſecunda vice exprimitur ſuccus quem per balneum mariæ extillamus, ſucco ipſo

*Quinta eſſentia herbarũ extractio*

prius

prius à craſsioribus fœcibus defœcato. ſpiritualis, & mercurialis aqua ſeorſum ſeruetur, & ſuccus vel extractum colore *proprio imbutus itidem ſeorsũ*. Ex ſiccis *cum aliquo liquore* vel *propria aqua*, vel ſpiritu *vini*, vel quouis alio liquore, quintam eſſentiam extrahimus, fermentatione, & putrefatione breuiori vel longiori ſeruata, prout poſtulat neceſsitas, & rei natura. *Si in ſpirituali*, & æthe-rea *illa* aqua ſiccam plantam iterum affundas, elicies veram quintam eſſentiam odore, ſapore, & colore plantæ præditam. Ex omnibus plantis, fructibus, ſeminibus, floribus hac via Quinta eſſentia elicitur. Mineralium, & metallorum præparationes alio in loco tractandas ſuſcepimus. qui de *Quinta eſſentia plura deſiderat Theoph Parac. Archidoxa conſulat.nec te deterreat eius dicendi* obſcuritas, neq; cum quodam temerario archychymico garrulo tanti viri peritiam obſcurare puta, quin magis ſolertiam, & induſtriam in ſecretioribus medicaminibus parandis mirare, aperit ia nuam bonis, & eandem prauis occludit, *non omnibus datum eſt adire corynthum*, *his ſolum*, quos equus amauit iupiter, & euexit ad ethera virtus.

Lapidum, & gemmarum quoque parandi formulas eodem in loco diſtulimus. Vſus, & vires probum artificem non latent, & qui nouerit earũ

extractionem, earum vim, & efficaciam haud ignorabit. Interea non eſt magnopere laborandum de artificio illo quo putant eſſentiam quintam intra quadrantem elicere poſſe, multa huiuſce farinę circumferuntur, quæ nullius ſunt frugi.

Oleum camphorę cum aqua forti factum à Thuniſerio traditum nihil commune habet cum quintæ eſſentiæ extractione, ſed hæc cum ſuis aſtrologicis experimentis ſeù potius nugis reponenda céſeo. *hic pro coronide placet verba ſummi, & maximi* illius chymici Germani recenſere, vt quid vere ſit rerum eſſentia cuilibet innoteſcat.

*Lib. Tertio de Vita longa.*

„ SVpra vbi eſſentiæ herbarum memini, nihil
„ aliud eſſe niſi vinum, oſtendi, id quod ſic ac-
„ cipias oportet. Spiritus vini à ſubſtantia eiuſ-
„ dem prodit, nam huius ſubiectum exiſtit vinum,
„ ſicut marrubium proprij ac natiui vini. & ſicut per
„ ſicariæ lib. j. drac. ij. emittit, ſic vini lib. j. plus drac.
„ j. non capit. &c.

*Primi Libri Pharmacopœa Spagiricæ.*
*FINIS.*

# PETRI POTERII
## ANDEGAVENSIS
Conſiliarij, & Medici Regis Chriſtianiſsimi.

## PHARMACOPHOEÆ SPAGIRICÆ
## LIBER SECVNDVS:

VBI

*De ſecretioribus mineralium præparationibus & vſu. complectens terras, varias ſalium ſpecies, bitumina, mineralia, metalla & lapides. Cap. I.*

IN pręcedenti medicamentorum, tam vegetabilium, quam animaliũ, præparationes, eas præſertim, quas frequenter in vſum adducimus, breuiter, & latonicè abſoluimus; interea non omiſi aliquot præparationes mineralium, etſi eaſdem fuſiori ſermone in ſequentem diſtulerim. Etenim mineralium præparationes arduæ ſunt nimis, & à præmiſsis toto genere diuerſæ. In hoc

pera-

peragendo multorum opinionem non ſequor, qui aliorum ſcriptis perpetuò hærentes, conuaſatores, vt aiunt, & nudi tranſcriptores mihi videntur. Quæ manus noſtræ tractauerunt, & quæ oculi noſtri viderunt, in medium proponimus. Quod ſi quædam ab alijs tradita nonnumquã affero, ſcias velim, me iſthæc haud ſemel proprio labore expertã fuiſſe. Multa impoſsibilia, incomperta, à multis tamen vera habita examinanda minimè ſuſcepi, *vt qui rixas, & lites ex aliorum commentis cõponere* minimè ſtatuerim: hæc vero ſcabra, ſtyloue haud ſatis terſo ſcripta, obſcura & auribus tuis nimis aſpera eſſe, minimè diffido: at naturæ rei, partim tribuas, nobis etiam; cui, vt cunctis inſitum eſt errare. poſtmodum non decet caſtam *virginem*, ( veritatem *ſupple*) *fuco & mangonio deturpare. nonnumquam* ſi maiores noſtros in dicẽdi genere æmulari videar, id nobis eſſe condonandum arbitror, ij enim naturæ arcana haud omnibus nota eſſe voluerunt, ſed eadem ſæpe ex *induſtria* occultarunt, ſolis filijs artis, *iatrochymicis videlicet*, ea bona demeritis *per ænigmata* ipſa *concredentes, nunc* vero arte *propagata*, & filiorum multitudine *aucta, nec* non miſochymicorum grege *dilapſo, &* vehementer diruto; non eã veterum *ſeueritatem*; ſed mediam quandam viam ſeruare, excogitauimus. ſtatim in huius operis *li*-

mine

mine vniuerſales illas ſex famatiſsimas præparationes præmittendas duxi, ne ſæpè eadem repetere cogar etiam, vt tyrones eodem in loco artis principia reperiant. Methodum & ordinem ad medicinas particulares diſpoſui; nec moror, quid Chryſopæi aduerſus nos clamitent; noſtris contenti, ſui famatiſsimi lapidis acquiſitioni minime inuidemus.

## De Calcinatione. Cap. II.

### Præparatio Prima.

CAlcinatio eſt foſsilium in calcem reductio, quæ duplex eſt, actualis & potentialis. actualis, ea eſt, quæ fit actuali, validoq; igne, & hæc vera calcinatio dicitur. Potentialis, ea, quæ potentiali igne fit, vt ſunt aquæ fortes, chryſulcæ, ſtygiæ, regiæ, ſpiritus ſalium, & quotquot extant diſſoluentium genera, & hæc potius ſolutio eſt, quam calcinatio, atq; inde ea vocatur præcipitatio, cum poſt ſolutionem exſiccantur, vel cum aqua ſalſa in aqua præcipitantur. Calcinatio propriè dicta, fit vel per ſe, vel cum additione. vti ſtamnum, vel aliquot metallum per ſe (excepto auro) vel cum ſale. ad calcinationem reducuntur reuerberatio, & cœmentatio. Reuerberatio

*Calcinatio quid. Quotuplex.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0181-5

*Reuerberatio qd.* tio ignis eſt repercuſſio in rem iam calcinatã. Cœmentatio eſt quoque ignis repercuſſio, at diuerſo modo. hæc enim in aperto & cum alijs rebus, cuius & compoſitio cœmentum dicitur, illa vero in furno clauſo, & per ſe ſæpiùs fit. Per reuerberationem fixæ tincturæ ſub calcis forma latentes manifeſtantur. item calces in vitrum vertuntur ſalibus aliquot additis vel tartari, vel Kali, vel alterius herbæ. Per cœmentationem mundantur metalla, eaquè nouam perfectionem nanciſcuntur, item aſpera lena fiunt, colores eorum exaltantur, & alia.

*Cœmentatio.*

*Eius facultas.*

Vaſa nota ſunt, ignis item notus, nec non eius materia, furnus quoque cuilibet in chymicis parum verſato maximè innoteſcit.

*De ſublimatione. Præparatio Secunda.*

*Sublimatio quid.* SVblimatio, eſt propriè rei mineralis per validum ignem eleuatio, in qua corpora craſſa ſubtilia redduntur, corroſiua, & acria, euadunt dulcia, & benigna; & è contra dulcia, & benigna, acria & corroſiua. item eius medio volatilia fixantur, & corpora purificantur. fit ſublimatio, & per ſe, & cum additione. per ſe, vt anthimonium, ſandaraca, & multa alia. per additionem, vt in mercurio ſublimando liquet. addun-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0182-1

duntur, vel vt facilius in ſublimè attollantur, vel vt in fundo vaſis craſſior pars remaneat. vaſa quibus ad eam vtimur, *ſunt vitrea, vel terrea;* oblonga, vel ſi *curua, ea annectuntur inuicem in* modum, *vt ab* ignis calore vltimum haud incaleſcat, ad hæc vrinalia, matratia, bocciæ, & ſimilia per opportuna ſunt, his aptantur pilea roſtrata, & non roſtrata. *vaſa, luto ſapientiæ priùs probè muniuntur. fit autem eiuſmodi lutum ex*

Terræ argillaceæ partibus duabus,
Fimi equini — parte vna,
Pulueris teſtarum parte altera.

Vel fit ex

Terræ argillaceæ partibus tribus,
*Tomenti vel pilorum barbit.*
*Fimi equini — an parte vna.*

Fit etiam ex

Terræ valentiæ partibus duabus,
Tomenti vel bombicis parte vna, cum aqua miſce.

Quibus addunt nonnulli ſcoriam ferri, minium, & alia pro re nata. Ad ſublimationem reducuntur, exaltatio, eleuatio, & fixatio. eius medio res fixantur, & conſtantes fiunt.

### *De ſolutione. Præparatio Tertia.*

SOlutio, eſt propria corporum in liquorem reſolutio. quæ duplici modo fit per ſe, & cum aliquo liquore. ſub prima differentia fuſio reduci poteſt, licet impropriè. ſub ſecunda multiplices operationes, quæ, vt à breuitate noſtra alienæ, meritò omittuntur. Solutio rurſus, quædam ignis medio fit, quædam citra eius opem. ignis hac in re duplex ſub intelligitur, naturalis, & intrinſecus. artificalis & extrinſecus, hic naturalem, & intrinſecum iuuat, atque ad agendum proritat. ſolutionis modus vnicuiq; ſatis innoteſcit. Per hanc operationem corporum vincula ſoluuntur, & ad medicinæ vſum adducuntur, ſolida liquida fiunt, effœta, & ſemimortua, rediuiua, occulta, manifeſta. Vaſa ad eam neceſſaria ſunt cucurbitæ, vrinalia, bocciæ, pellicani, & alia terrea vel ex vitro, cum capitello roſtrato, & non roſtrato.

*Ignis multiplex.*

*Proprietas.*

### *De putrefatione. Præparatio Quarta.*

PVtrefactio, nomine, & effectu nota eſt, ea præcedentes operationes immediate ſequitur, corpora ſiquidem ſoluta putrefactionem faciliùs ſubeunt, vel eadem ſoluuntur ipſis priùs

*Digeſtio,*

priùs calcinatis, & ſublimatis. Digeſtio & circulatio huius ſunt veluti appendices. fit autem putrefactio per ſe, & cum alijs in fimo, vel in balneo maris, vel alio loco calido. Eius præſtantia, & dignitas non cuiuis innoteſcit. eius medio purum ab impuro ſegregatur. multa renouantur, & in nouam formam adducuntur: ſic per eam multa vita exuta reuireſcunt, corroſiua quæq; acrimoniam deponunt, leuia ac dulcia efficiuntur, venenata & efferata cicurantur, colores tranſmutantur, & alia mira præſtat.

*Circulatio.*

*Præſtantia, & dignitas.*

*De deſtillatione. Præparatio Quinta.*

DEſtillatio æquè omnibus nota, varias excipit differentias, quæ pariter ſatis communes ſunt. Aſcenſio, lauatio & fixatio ad eam reducuntur. eius vtilitas, & neceſſitas cuiuis patet, eius medio fixantur corpora varijs cohobationibus ad id repetitis, multa item amara dulceſcunt, & dulcia amaraſcunt. Vaſa deſtillationi inſeruientia, multiplicia ſunt, pro materiæ deſtillandæ natura, & diſtillationis ſpecie, hęc penes artifices facillimè adiſcuntur.

*Aſcenſio lauatio, ſi fixatio.*

*Proprietas.*

### *De coagulatione. Præparatio Sexta.*

COagulatio omniũ poſtrema, nomine etiam notiſſima, frigorè fit & calore. calore coagulata, fixa permanent, non ita, quę frigore. ad hanc fermentatio, & fixatio reducuntur, ad quas operationes duplex calor præmeditandus venit. artificialis, & naturalis. artificialis ex varijs lignis rebuſq; combuſtilium fit. naturalis etiã multiplex eſt. quæ in ſequentibus in particulari mineralium præparatione manifeſta reddentur. ad has ſex præparationum ſpecies vniuerſales, multę plures reducuntur, quæ, vt notæ, & faciles explicatione non egent, inſuper manualis operatio longè plura docebit.

*Fermentatio. Fixatio.*

*Calor duplex.*

### *De communi terræ proprietatibus.* Cap. III.

IN foſſilium arcanis primum deducendis, ab his, quæ è varijs Terrarum ſpeciebus educuntur, exordiemur, vt, quę nobis magis ſunt obuia, leuioriq; præparatione egent. Sicque de vniuerſali terra, cui Plinius ob eius eximia merita, maternæ venerationis cognomen indidit, quaſi hominum illa, vt Cœlum Dei: quæ nos naſcentes excipit, natos alit, ſemelq; editos ſuſtinet ſemper:

*Communis terræ laus, & proprietates.*

no-

nouiſſimè complexa gremio, iam à reliqua natura abdicatos, tum maximè, vt mater operiens; nullo magis ſacramento, *quam quo nos quoque ſacros facit, etiam monumenta ac titulos gerens,* nomenq; *prorogans* noſtrum, & memoriam extendens contra breuitatem æui. cuius numen vltimũ iam nullis imprecamur, rati graue: tamquam neſciamus hanc eſſe *ſolam,* quæ nunquam iraſcatur homini. Aquæ ſubeunt in imbres, rigeſcunt in grandines, tumeſcunt in fluctus, præcipitantur in torrentes. aer denſatur nubibus, furit procellis. At hæc benigna, mitis, indulgenſq;, vſuiq; mortalium ſemper ancilla, quæ coactà generat? quę ſpõte fundit? quos odores, ſaporeſque? quos ſuccos? *quos tactus? quos colores?* quam bona fide creditum reddit fœnus? *quæ noſtri cauſa alit, illa medicas fundit herbas,* & ſemper homini parturit. vis vniuerſalis ſeminũ à primæuo illi indita fuit, hinc excepta ſemina fouens, ea in ſe conuertit, ſibiq; aſſimilata vitali ſuo motu producit & vltro in eius viſcera penetrantes auri, & argenti *venas, & æris,* plumbi ac *aliorum metallorum fodimus.* gemmas etiam cum aliis quærimus ſcrobibus in profundũ actis. ab hac tamquam ab vberrimo fonte, naturæ arcana affatim proſiliunt, nec mirum ſi ab ea exorſi, eius facultates, & vires apprimè meditemur. relicta vero communi terra agricolis, medica pro-

ſequamur. eam eſſe frigidam, & ſiccam communis eſt ſententia. Verum dum hoc efferunt, terram illam ſimplicem opinione potiùs, quam re intelligunt, quæ in centro aut ſaltem in imis eius viſceribus reperitur; hæcq; verum elementum reputatur. Nos terram nullibi ſimplicem reperiri, ſed vndiq; ſpiritu perfuſam, varijſq; rerum ſeminibus mineralium, metallorum, gemmarum, plantarum, & animalium plenam eſſe arbitramur. ex quacumquè terra ſal balſamicum educitur, quod varias obtinet virtutes pro natura ſoli ex quo educitur. hoc terra orbata, inutilis, infœcunda, & plane euanida, & iners cenſetur. de hoc ſale balſamico alibi plura dicendum relinquo. Nunc de terris ad noſtri vſum ſpectantibus.

*Terra ſterilitas. Vnde.*

*De varijs terrarum ſpeciebus earumque præparationibus.*

QVamquam extant plures terrarum ſpecies præſtantiſſimis virtutibus dotatæ. vt Eretria, Samia, Chia, Selinuſia, Cimolia, melia, ampelites, ochra, rubrica ſinopica, rubrica fabrilis, & ſimiles, hodie tamen duæ ſpecies tantum reperiuntur vſu. Bolus, & terra ſigillata. ſub boli nomine, omnem aſtringentem terram rubram,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0188-5

& citrinam vulgus intelligit. ſub eo verò terræ ſigillatæ, omnem terram albam, & cineritiam. Bolus armenus, qui, & orientalis dicitur, omnium optimus cenſetur. In Europa varijs in locis ipſi non valde diſſimilis colore, & virtute reperitur, at quæ è longis terrarum tractibus aduehitur, maioris apud nos habentur ſemper.

Terra quoque ſigillata, quæ nunc ex Conſtantinopoli ad nos defertur, omnium iudicio optima habetur, Lemnia idem nomen retinens, quamuis hodie ex Inſula Lemnos minime aſportetur, ſed è Conſtantinopoli ſigillo turcico inſignita. Propè Turones terram leucopheam valde aſtringentem turcicæ perſimilem, & viribus fortè non imparem comperuimus. In allobrogum montibus, in Prouincia, & in Gallia Narbonenſi non inferiores vidimus quæ ex Melitenſi Inſula traſportatur, his eſt valde affinis, inſignes virtutes obtinens. In multis præterea Italiæ locis optimam inueniri poſſe minime negamus, vti propè Bononiam obſeruare nobis licuit. qui tandem cunctas regiones luſtrauerit, in vnaquaque terram aliquam medicatam reperiri minimè diffido. eſt inſuper alia quædam aſtringentis terrę ſpecies, è meditulillio eboris foſſilis educta, cuius vires maximæ, & præſtantiſſimæ ſunt, præſertim in venenis edomandis, valet & ad ventriculi laxitatem, inteſtinorum, item & alui.

*Terra Cõſtantinopolitana plemnia.*

*Turonẽſis terra.*

*Medicatæ terræ multiplices.*

*In vnaquaq; regione peculiarem terrá medicatá reperiri.*

Hæ-

*Eboris foſſilis terra. Eius facultas, & vires.* Hæmorragias ſiſtit, & iecori robur conciliat, refrigerat, & aſtringit, vt terra turcica. Illuſtriſſimus eques Caſſianus a Puteo virtute, & moribus inſignis, cui hæc dicata ſunt, maximam eiuſce eboris quantitatem in ædibus ſuis nobis cõmonſtrauit, ex quo (inter alia miracula) lapidẽ vulgò turquina, Gallis turquoiſe à ſe paratum nobis libenter dedit.

## *Præparatio, & vſus.* Cap. V.

Omnium præparatio ſimplex eſt admodum nam vel abbluuntur, colantur, & ſiccantur, purioreſq; redduntur, vel varijs cohobationibus, menſtruis ad id appropriatis, in aliã formam adducuntur, & efficaciores fiunt. per ſe non rarò eas in vſum vſurpamus, præparatione adhoc præmiſſa nulla. ad peſtem, venenatoſq; morbos terram turcicam ſic paramus. accipimus dictam terram aqua meliſſæ, & boraginis, ſcorzoneræ, vel alterius generis prius mundatam, & probè exſiccatam, cui ſuperfundimus ſequentis aquæ tantùm, vt quatuor digitos ſuperemineat. *Præparatio aduerſus peſtẽ.*

Rec. ſuccorum radicum ſcorzoneræ
fol. vlmariæ, alias reginæ pratenſis,
ruthæ caprariæ, } an. lib. ij.

fol.

fol.meliſſæ, boraginis } an.m.iiij.
cardui benedicti, }
corticum citri, lib.j.
ſem.echij, drac.vj.

macerentur triduo omnia ſimul, & deſtillantur per balneum maris, maceratio fiat in vrinali vitreo, calore fimi equini; alchali è fœcibus paretur, vt ſuprà diximus, quo dicta aqua virtuoſior, & efficacior reddatur. tunc dictam terram cum hac aqua in fimo equino per aliquot dies recunde, poſtmodum aquam per alebicum abſtrahe. terræ in vrinalis fũdo relictæ iterũ deſtilatã aquã reaffunde, pariq; tempore in fimo relinque, ac demũ aquam abſtrahe, hæcque operatio toties reiteretur quoad *terra veluti in liquorem vertetur, qui liquor ab vrinali eductus, & ſoli expoſitus exſiccatur, & ad* vſum aſſeruatur. vſus eius eſt cum aliquo liquore conuenienti, vel cum aliqua conſerua, electuario, & opiata. omni tempore à drac.s ad ſcrup. j. de ſuper bibitur parum aquæ. ſupradicta valet ad venenatos morſus animalium, contra peſtem, & febres acutas. *Præſtantia & virtus.*

Bolus armenus eadem via, eodemq; proceſſu cum ſimili liquore paratur, & cum phlegmate vitrioli, & aluminis maximè ad extrinſecos vſus. Poterimus, & alijs facultatibus hac methodo terras, & etiam lapides inſignire. eius vſus plane idem eſt *Boli armoni præparatio.*

*Facultas & vires.* cum terra turcica extrinſecus vulneribus cruentis admouetur cum aliquo vnguento, vel per ſe, vel cum alijs pulueribus. cruentis vulneribus commodè ſiccus, & in puluerem verſus admouetur, pauxillo rhabarbari, thuris, & maſtiches adiecto.

Ex vitriolo, alijſq; ſalibus peculiaris quædam terra educitur, cuius vires plane ſunt inſignes. Item ex alijs mineralibus particularis terra habetur.

Sunt inſuper quædam terræ *bituminoſæ*, quarum vſus in medicina non eſt ſpernendus. cæterum his, quarum vſus nos latet, breuitate miſſis, ad ſalium præparationem deueniendum.

*De varijs ſalium præparationibus, atque De Sale communi.*

TOt tamque diuerſæ ſunt ſalium præparationes, quot eorum ſpecies, nam alio modo ſal communis, alio vitriolum, & ſic de cæteris.

Sal communis, quam, & marinum vocant, varias obtinet proprietates, propterea multiplices præparationes ſubit, vis refrigerans, & acida ſpiritui ipſius inhærens valido igne per retortam pellitur. ſubdulcis, & excalefaciens eius ſubſtantiæ



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0192-0

craſſiori connata, blando igne per coctioně emergit. fit vero.

*Spiritus ſalis.*

SAle communi prius aqua communi ſoluto, filtrato, coagulato, & decrepitato. ſoluitur atque per filtrum pluries tranſcolatur, vt purior reddatur. coagulatur vt ſuperflua humiditas euaneſcat, quam & perfectè abſumit decrepitatio. is ſic paratus teritur & duplo arenæ lotæ & ſiccæ, vel pulueris laterum, vel boli armeni commiſcetur, poſtmodum retortæ inditus valido igne adacto liquorem fundit acidum quem ſpirirum vocant; alij oleum huius ſapor eſt dulcoacidus. doſis eius eſt gutta 1. 2. & tres ad ſummum cum iuſculo carnis, vini, aqua deſtillata, vel alio liquore. mouet vrinam, extinguit ſitim, Hydropicos iuuat, & putredini reſiſtit, tophos podagricos cum oleo therebintinæ diſcutit, cum vnguentis mixtus vlceribus putridis medetur. lapides, coralla, vniones, durioraque corpora ſoluit, ritè præparatus aurum ipſum aperit. *Vſus.* *Vires.*

*Cryſtalli Balſamici ſalis.*

POſt ſpiritus ſupradicti extractionem cryſtallos dulces extrahimus maſſam in fundo retortæ relictam diſſoluendo cum apto proprioque liquore, diſſolutum in fimo equino per aliquot dies reconditur, & frigido poſtmodum aſſeruatum in dulces criſtallos concreſcit, qui ſi dulciores deſideras iterum ſolue, & coagula. vas ad hoc boccia, vel vrinale dictum peroportunum erit diſſoluens noſtrum hac in re eſt aqua vitæ ex vuæ racemis vindemiarum tempore educta. omnis etiam aqua vitæ poteſt extrahere eiuſmodi criſtallos, ſed vna altera melius.

*Salis dulcis vires, & proprietates.* Dicti criſtalli multiplices habent vſus, ventriculum apprime excalefaciunt, apepſiæ ſuccurrunt inappetentiam corrigunt, nauſeam cohibent, & alia pleraque præſtant miranda.

Eſt & alia eiuſcemodi cryſtallorum parādi via, quam require apud Quercetanum in ſua tetrade, cad. 29. vbi plura de ſale marino docet.

*Flos ſalis & balsſantos.* Rurſus eſt alia ſalis communis præparatio, quæ vere haloſanthos dici poſſet, licet hac appellatione, ſpuma maris apud antiquos intelligatur. hæc cum in noſtra praxim minimè cadat, breuitate à nobis omittitur.

De

## *De ſale Nitro. Cap. VII.*

SAl nitrum vulgo ſal petræ dictus, non ſemper æquales obtinet virtutes, ob varietatem locorum, in quibus naſcitur. qui ſponte, è terra erumpit, atq; citra artificis opem habetur, de natura ſalis armoniaci participat. is copioſè colligi poteſt in pluribus locis agri Bononienſis, vbi nunc commoramur, & maximè in montibus ad meridiem expoſitis. multum in communi vulgo monte Paderna dum per otia illic diuerſaremur haud exiguam quantitatẽ comperuimus, quo loco marchaſita alba, & citrina cum lapidibus quibuſdam *adhuc incognitis, virtutibus tamen præſtantiſſimis, de quibus paulò inferius dicendũ diſtulimus*, copioſè reperitur. Qui artificioſè è terra educitur atq; ex muris, & antiquis ruderibus colligitur nihil quicquam de ſalis armoniaci natura participat. Ex vtroq; ſpiritus educitur valde acer, & mordax baſis aquarum fortium, quibus aurifabri vtuntur, in auri, & argenti ſeparatione. fit vero eiuſmodi ſpiritus eodem modo, quo de ſpiritu ſalis communis. is vehementiſſimus eſt, continuo in auras ſpirans, cuius vapor per ambientem aerem frigidum, & humidum denſatur, & in aquam vertitur, ſicq; aqua pondere, & mole augetur. eſt etiam eiuſmodi va-

*Aquarũ ſtigiarũ baſis.*

*Spiritus ſalis nitri*

di va-

*Aqua ſeu ſpiritus aere auctus.* di vapor totus igneus, metalla, & corpora quæque dura penetrãs, vim habens eadem calcinandi, quæ calcinatio communiter præcipitatio dicitur. figi- *Salis nitri fixatio.* tur ſal nitrum per validum ignem, fixum ſoluitur, ſolutum iterum figitur, quod ter, & quater reitera- *Dulces criſtalli nitri.* tur. Ex dicto fixo criſtalli dulces eliciuntur, prout de ſale communi dictum eſt.

Sal prunellæ, qui ex eo conficitur, nunc admodum vulgaris eſt, fitq; *ipſum in crucibulo funden-* *Salis prunellæ præparatio.* do atque ipſis flores ſulphuris inijciendo, hocque toties reiteratur, quoad probè repurgetur, ſalque cryſtallinus euadat. Vſus huiuſce ſalis prunellæ *Eius vſus.* eſt in febribus ardentiſſimis, quas hungaricas nuncupant, & cauſonides, grauis eſt tamen ventriculo, & nauſeantibus propterea minime dandum eſt. mirum eſt, quomodo aquæ iniectus eam tantopere refrigeret. ex eo fit lapis adhunc effectum, qui *Lapis ex ſale nitro* aqua minime ſoluitur.

Summa huius ſalis præparatio in concoctione conſiſtit, cuius beneficio vires admirandas ſuſcipit iungitur & alijs corporibus, ex quibus vires elicit, eaſque exaltat, & præſtantiores reddit.

Quidam chryſopœi famoſiſſimi lapidis phiſici *Lapidis phiſici materia.* materiam in eo conſiſtere comminiſcuntur. hinc triplicem habere naturam vegetabilem, animalem, & mineralem. nos in eo vires, & affectus admirabiles latere agnouimus, quos, & vltro perſequi

præ-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0196-3

præſens excedit inſtitutum, qui de eo plura deſiderat, legat Quercetanum in ſuo de medicam. priſc philoſoph. item Penotum in ſuo de chymicis præparationibus. *Triplicis naturæ.*

*De Sale armoniaco.*

SAl armoniacus, ammoniacus, & armeniacus, ſic dictus, vel ab Armenia ex qua ipſe aſportari creditur, vel à græco ἄμμος idest arena. qui in officinis habetur omnino factitius, & artificialis apparet; nec mirum eiuſmodi enim ſalem ferè vbique reperiri arbitror. hic Bononiæ putuales aquæ eiuſcemodi ſalis haud exigua quantitate abundant, quod nuperrimè norunt noui quidam chryſopęi, qui dictas aquas pluries alembico comprobarunt. Verùm quidem eiuſmodi ſal purus, & ſimplex minime eſt, ſed cum magna portione ſalis marinis mixtus. eiuſmodi ſal radix eſt ſaporis acidi, quo fit vt denſiſſima, & tenaciſſima corpora diſſoluat, volatilis eſt admodum, & fugax, mercuriali natura præditus, abundat etiam ſulphure, propterea in propria aqua ipſe ſolutus in varias formas ſalium mineralium exſurgit, cùm etiam non pauca varietate vegetabilium hinc conijcere licet dictum ſalem duplici illa natura eſſe præditum, qui hanc admirabilem, & ſtuporis plenam eius natu- *Puteales aquas armoniaco refertas.*

tu-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0197-9 DFG

turam intueri vult, ipſum diſſoluat in conuenienti liquore, & coctione humiditas ad iuſtam quantitatem abſumatur, tum vas calidum in loco frigido collocetur, inibi plures vegetabilium ſpecies inſpecturus eris hac præparatione ſal armoniacus ad perfectam puritatem adducitur. Sic depuratus efficacior, & naturæ magis penetrabilis per ſublimationem redditur, in quam peragendo, portio quædam ſpirituum elicitur. ſublimatur per ſe, & cum alijs, nec eius ſublimationis ratio ab alijs diuerſa eſt, citò ſublimatur ob eius naturam volatilem, per vaſa terrea, & vitrea. dulco acidus redditur putrefactione, & coctione, præmiſsis ſolutionibus, filtrationibus, & coagulationibus.

*Salis armon. ſublimatio.*

*Dulcificatio.*

*Fixatio.*

Propter eius naturam nimis fugacem eius fixatio ſummopere deſideratur, propterea eum tercalcinant cum æquali portione calcis viuæ, quod fit in crucibulo per fortiſsimum ignem, ſingulis vicibus eum diſſoluendo, filtrando, & coagulando, ad vnamquamq; calcinationem recẽtem calcem addere opportet, & hoc toties quoad ſal armoniacus figatur, & liquabilis reddatur ad inſtar metalli figitur, & cum alijs corporibus prout vniuſcuiuſque ſententia eſt.

## *De Alumine.*

ALumen commune multiplices nobis exhibet vſus, crudum ſæpe vſurpamus abſque vlla præparatione, maximè ad oris vlcera, gingiuarum laxitatem, & ſimilia. Ex eo paratur aqua per alembicum vel per retortam, quæ ferè inſipida eſt, dicitur phlegma à nonnullis, pellitur lento igne abſq; ferè vllo artificio. refrigerat, & leuiter exſiccat eiuſmodi aqua. propterea oculorum inſlammationes reprimit, fluxiones ſiſtit, valet etiam ad omnem oris calidam intemperiẽ, vuluæ amigdalarum, & gingiuarum laxitatem reprimit, & linguæ, & palati vluſcula ſanat.

*Aluminis crudi vſus.*

*Aluminis phlegma, & eius virtus.*

*Ophtalmiæ remedium.*

*Vlcuſcularũ oris remediũ.*

Ad febres ardentes ex alumine remedium præſtantiſsimum paratur, in qua præparatione eius auſteritas in dulcedinem vertitur. huius præparationis ſecretum in putrefactione, & concoctione conſiſtit. in quibus peragendis notandum venit. Alumen duplicem poſsidere ſubſtãtiam, vnã, quæ frigori expoſita coagulatur, alteram, quæ ſolo calore denſatur, ea, quæ calore denſatur, aſtringens eſt admodum, & parum acida, quæ verò frigore coagulatur acida eſt, & iam dulcedinis particeps. Itaq; ad hanc præparationem perficiendã omnes eius ſubſtantiæ ſunt primum in vnum ſi-

*Ad febres remedium.*

*Aluminis dulcedo.*

*Aluminis duplex antura.*

*Alumen calore, & frigore denſatur.*

mul coercendæ, eæq; firmandæ, ita vt terra ſuam aquam amplius nō reddat. fixum aqua communi deſtillata ſolutū per quindecim dies in fimo equino circulatur, tunc refrigerato vaſe, portio coagulata à diſſoluta ſegregatur eaq; coquitur quoad alumen totum coagulatur, in qua operatione purum ab impuro ſemper ſecernendum venit. coagulatum alumen iterum in puluerem reducitur, idq; noua aqua diſſoluitur, & in circulatorio vaſe infimo equino per menſem detinetur. in eo diſſoluenda aqua veluti lac efficitur, quæ poſtea ſubſidet, eaq; lactis ſero ſimilis euadit, quo temporis ſpatio diſſolutio exagitanda venit ſingulis 8 diebus. vaſe refrigerato. portio quædam calore denſata, in vaſis fundo reperitur, quæ nimis aſtringēs, & auſtera euadit: Altera pars ſoluta frigore coagulatur, eaq; dulcis, & acida efficitur cum exigua adſtrictione. Non denſatur autem niſi longo temporis interuallo, nam ſingulis fere octo diebus portiuncula denſatur. eæ partes quæ ſic frigore coaleſcunt, aqua ſtillatitia iterum ſoluuntur atque per ſeſquimenſem iterum in eodem vaſe circulatorio ſpergantur, & ſic aciditas omnis in dulcorem inſignem vertitur. cuius vſus eſt in ardentibus febribus cum iuſculo carnis ad drac. s. & drac. j. valet etiam in omni intrinſeca inflammatione.

*Dulcedinis præparatio.*

*Aluminis dulcoris vſus.*

*Alumen vſtum.* Alumen præterea vulgariter per ſe excoquitur, in

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0200-0

in igne aperto, & vaſe terreo. cuius vſus popularis eſt nimis. eo vtimur frequenter in ſublimationibus, aliiſq; medicorum præſidijs. item in aquis fortibus eliciendis, etenim ſua ſiccitate cohibet ne ſalia fuſa ſuos ſpiritus retineant. ſuos etiam ſpiritus àcres, & mordaces vna ſimul fundit, quò fit, vt dictæ aquæ fortiores reddantur. *Aluminis vſti vſus.*

## *De Vitriolo.*

VItriolum ſalis ſpecies eſt. cuius multa habentur genera, pro diuerſitate locorum ex quibus aduehitur. omnium præſtantiſsimum eſt Cyprium, coerulei coloris. Romanum poſtea ipſi proxime ſuccedit, quamuis Hungaricum præſtantia, & excellentia nùlli cedat. Germanicum, & Anglicum his inferiora iure cenſentur in agro Lugdunenſi in Gallia, coeruleum, & fortè omnibus præferendum habetur. *Vitriolũ, ſalis ſpecies.* *Vitriolũ cyprium & vngaricũ omnium optimum.*

Parta ex vitriolo medicamenta penè inumera ſunt, ex eo ſiqidem aqua inſipida, ſpiritus, oleum duplex, ſal, balſamus, ſulphur, magiſterium, colcotar, creta, & alia educuntur.

Aqua inſipida phlegma communiter dictum, vt phlegma aluminis per retortam elicitur. cuius vires, & facultates à phlegmate aluminis paulo *Phlegma vitrioli.* *Eius vſus*

differunt, etenim ophtalmiæ ſuccurrit, oris vlcuſculis medetur, & fluxiones in fauces irruentes ſiſtit, quarum extrinſecè inflammationi tutò admouetur, pollet enim vi aſtringente, & refrigerante. Spiritus poſt phlegmatis eductionem, validiori igne adacto pellitur, ob id per retortam cōmodiſsimè diſtillatio inſtituitur. Oleum rubrum acidum educto ſpiritu elicitur, recipiente mutato, & igni vehementiſsimo per gradus aucto, ad quod vaſa luto probè munita requiruntur. vtriuſq; vſus omnibus maximè innotuit, guttulæ tres, vel quatuor cum aliquo liquore exhibentur, in ardentibus aliquot febribus ſummum eſt ſolatium, in nonnullis non eſt dandum. in tartareis viſcidiſq; humoribus tutò exhibetur, aliud olei genus vitrioli, propriæ eſt oleum aquæ innatans, quod verè ſulphur vitrioli dicendum eſt, at vis eius non eſt narcotica, verum potiùs anodina. Balſamum in noſtris curationibus appellatur eò quòd balſamū noſtrum ſiue radicale humidum inſtauret. dicitur, & arcanum quod paucisſimis innoteſcat. eius parandi methodus fit medio aquæ cœleſtis poſtquam vitriolum omnem vim narcoticam, omnemq; auſteritatem, & aciditatem depoſuerit. id enim ſic paratum in dicto diſſoluendo fructus maturos, & ſub dulces producit, qui lento igne impulſi liquorem ſuauiſsimum fundunt. Vitriolum ad hoc maxima

*Spiritus vitrioli.*

*Oleum acidum vitrioli.*

*Spiritus, & ol. vitrioli vſus, & vires.*

*Oleum Balſami cum vitrioli.*

*Arcanū vitrioli.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0202-2

xima cum diligentia ſeligendum venit, cauẽdum etiam ne ignis violentia perdat ſulphur.

Sal Vitrioli ex eius colcotare educitur cum quouis diſſoluente. aliam, & ſalis ſpeciem vſurpant *multi* pro vomitorio fitque vitriolo albo plaries repurgato. In Gallia narbonenſi ruſtici eo frequenter vtuntur ſine medici conſilio, maximè in pleuritide, accipiunt vero vitriolum album vti habetur in officinis citra vllam præparationem. à quo edocti planè ignoro, ſcio eius reiterata experimenta tanti remedij apud eos confirmare vſum. datur à drac. s. ad drac. j. vomitum mouet, caput purgat, ſudores, & ſomnum non raro concitat. vermes enecat, & multis alijs ſuccurrit morbis, iecoris *potiſsimùm*, & ventriculi. *Sal Vitrioli.* *Vitrioli albi vſus*

*Sulphur*, quod per ſalem ammoniacum attolitur, fit per vas ſublimatorium, & hoc nonnullis dicitur ſulphur. narcoticum fit eo coctoin vaſe æneo; item, & in ferreo. Magiſterium vitrioli, quod, & tartarum vitriolatum appellant, fit inſtillando ſenſim oleum acidum vitrioli ſuper ſalẽ reſoluti tartari, ea in operarione cõtemplare duellum vtriuſq; ſpiritus, quàm citiſsimè ferueant, quẽ rumorem concitent, hic videre eſt, quo pacto mixti humores incandeſcant, ratio haud exigua vt ad febrium cognitionem deueniamus, quantitas olei vitrioli ſit duplo minor oleo tartari. humiditas, *Sulphur vitrioli.* *Magiſterium Vitrioli.*

quæ

quæ à coagulato albo ſegregatur, ipſique ſupernatat, blando calore euocatur, hoc remedijs genus vomitum ſæpius concitat, aluum ſubducit, vrinam mouet, & ſudores non rarò concitat.

*Colcotar Vitrioli.*

Colcotar vitrioli, ipſum eſt vitriolum ad rubedinem calcinatum. in chymicis multiplices habet vſus. in medicina pollet vi aſtringente, propterea hæmorragias ſiſtit. fluxiones vulnerum cohibet. eius præparatio omnibus nota eſt.

*Creta Vitrioli terra, ochra &c.*

Creta *Vitrioli*, ochra, & terra *nihil aliud eſt*, quam fœx ipſius vitrioli à præfatis præparationibus relicta, eſt tamen alia fæx vitrioli, quæ exſurgit poſt repurgationem dicti Vitrioli, quidam putant hoc eſſe ſulphur narcoticum, ſed errant toto cælo. quidam hoc maxime reputant, *quod æneo* vel ferreo vaſi hæret.

*Sulphur narcoticum.*

*Tinctura.*

Tinctura *Vitrioli* hic à nobis conſulto omittitur, noſtro balſamico oleo contenti, cuius præparatio longe eſt facilior, & nobilior. Tinctura chryſopæis expetita ad nos minime ſpectat, tractant fabrilia fabri.

*Acetoſum eſurinum.*

Ex *vitriolo* cum ferro, & *ære calcinatis* acetoſum eſurinum paramus. Paracelſus id ex ſolo vitriolo martis, & *Veneris parari* annuit: at nos tantum laboris ęgrè *abſolui* poſſe meditantes, ſequentem methodum excogitauimus. quis enim è calcinatis metallis tantum vitrioli extrahere norit, vt

*Acetoſi eſurini parandi methodus.*

ex

ex eodem iterũ calcinato tanta dicti liquoris quãtitas educatur vt pluribus ægris ſufficiat? Accipimus igitur colchotaris, vt ſupra præparati lib. iij. ferri cum ſulphure calcinati lib. j. pulueriзatis, & ſimul mixtis, vaſiq; vitreo ampli orificij inditis, tantum aquæ vitæ ſuperfunditur, vt quatuor digitos ſupereminea. vas in fimo equino ad octo dies reponitur, tunc tincta aqua ſenſim in aliud vas effunditur per inclinationem, nouaq; aqua fœcibus iterum reaffunditur, atq; extrahitur, toties eiuſmodi operatio reiteratur, quoad omnis color, & ſapor educatur. omnes eiuſmodi aquæ tinctæ, lento igne per alembicum vel retortam amplam cum ſuo recipiente extillantur: igne ſenſim aucto, & omni aqua vitæ prolecta, acidulus ille liquor eſurinus in mutato recipiente pellitur, fitq; præſtantiſsimum medicamentũ aduerſus plures morbos tartareos; vnde, & lienis, & iecoris pertinaciſsimas obſtructiones reſerat, famelicum reddit ventriculum, eumq; roborat, vertigini, & Epilepſiæ non parum confert. multis, & alijs grauiſsimis affectibus medetur, menſium ſupreſsioni, hydropi, ictero, & alijs. guttulę ij. iij. & iiij. pro doſi exhibeatur, cum iuſculo carnis, vino, vel alio liquore.

*Aceтoſi eſurini facultates, & vires, nec non eius vſus.*

Præterea vitriolum cum alijs mixtum varia medicamentorum genera nobis exhibet, quæ breui-

*Compoſita ex Vitriolo.*

tate

tate preterimus, addam tantum pro coronide quo modo ex eo condenſari poſsit mercurius.

*Coagulatio mercurij cum vitriolo.*

Accipio mercurij crudi, quem viuum appellãt, partem vnam: Vitrioli coerulei, & ad hoc aptum eſt) partes quatuor, bulliant ſimul in s. q. aquæ communis in vaſe terreo, marte terſo, & polito benigno aſpectu operationem inſpiciente, quo peracto mercurium elice cum aqua frigida atq; viuũ, & non dum coagulatum per alutam à coagulato ſepara. mirabiles mercurium auſtero, & immaturo ſpiritu veneris coagulari, fuſibilemq; reddi. mercurij, & ferri amalgamma, vitrioli medio alibi reſeruamus, vt & alias præparationes.

*Mercurij & ferri amalgama cum Vitriolo.*

## *De Sulphure.*

*Sulphuris remedia.*

SVlphur, metallorum pinguedo, & alter pulmo terræ varia nobis exhibet remedia. vt flores, butyrum, lac, balſamum, tincturam, acidum liquorem vulgo oleum dictum, & alia. Flores ſulphuris duplici modo parari iubemus, cùm colchotare bis, & ter ſublimatio reiteratur. cum alio corpore arena vel bolo, pumice vel alio ſemel tantum. vaſa ſublimatoria vel vitrea, vel terrea accipimus, non raro ollas terreas vitro obductas. dictos flores ad varios vſus vſurpamus, & præſertim ad pulmonum affectus cutaneis morbis

*Flores ſulph.*

item

item maximè conferunt. ad tuſſim tabellulas hoc modo conficiendas præſcribemus. Rec. florum ſulphuris drac. j. pul. ireos drac. ij. ſacchari albi aqua roſarum ſoluti vnc. iij. fiant tabellulæ, vel rotulæ, vt artis eſt. harum vſus eſt in die eas frequenter in ore tenere. lac, & butyrum ſulphuris fit, cum dictis floribus in oleo tartari ſolutis, atque ipſis guttatim affundẽdo parum aceti albi, oleum tartari cum primum acetum apprehendit mirificè incandeſcit, atque ebullire cœpit, vti ſupra diximus de oleo vitrioli cum hoc oleo tartari. aqua vitæ oleo vitrioli mixta idem præſtat, quod & ſimile videre eſt in repercuſſione auri in aqua regia ſoluti. quod à nobis dictum ſit, vt animaduertant *quomodo incandeſcat corpus noſtrum, ob variam humorum mixtionem; nec putent ob ſolam ob-ſtructionem, & putredinem,* minus id ſolius caloris exuberantiæ tribuant, quod eiuſmodi antipathiæ debetur, ſed ad nos. ſegregatur liquor omnis, ab illa materia alba in vaſis fundo repercuſſa, per inclinationem; eaque poſtmodum varijs ablutionibus cum aqua communi dulcoretur, & ad vſum ſerua. aſthmati, tuſſi, & alij pulmonum affectibus confert. ante repercuſſionem obſerua dictorum florum auream tincturam, cum cochleari argenteo in his tincto. quod per tranſennam annotare placet, vt videant quomodò ſulphur naturæ au-

*Tabella fl. ſulphuris.*

*Lactis ſulphuris.*

*Liquores ſimul mixtos incandeſcere.*

*Corpus caleſieri ob humorum mixtionem.*

*Eiuſmodi lac dicitur & magiſterium.*

*Lactis ſulphuris vires.*

*Sulph. eſſe natura aure.*

reæ ſit particeps.

Oleum ſeu liquor acidus ſulphuris propriè eſt ſpiritus ſalis ſulphuris reſolutus, cuius facultates, & vires toto genere reliquo ſulphure diuerſæ ſunt, imò plane contrariæ. ſpiritus iſte ſiue oleum acidum, vt omnia acida refrigerat; reliquum ſulphur ſuſcipit flammam hoc vero nunquam, & tantùm abeſt quin potiùs res eo perunctę flammam concipere non poſsint, ſitim ſedat, febrium ardores mitigat, & alios producit effectus ſimiles. at mordax eſt, & acer, & maxime penetrans, hæc verò ad caliditatem ſpectant. Galen. lib. 1. de facultatibus ſimpl. acetum ſtatuit frigidum cum participatione caliditatis. acrimoniam, & mordacitatem non propterea caliditati acceptas refert, potiùs frigori, dicens aerem frigidiſsimum eſſe vlceribus mordacem, quod ante ipſum annuit Hippoc. qua in re multa eſſent dicenda, & ex qualitatum doctrina Galenum errare ſibique contradicere. at nos garrulos pſitaccos Doctrinarum Monarchas imitari nobis non eſt animus, veritatem profitemur, & loquacitatem ſpernimus. ſed probabiliorem afferamus rationem cur eiuſmodi liquor tantopere aduerſetur igni, & nihil quicquam de natura ſuæ originis retineat. Ferunt Hermetici res triplici ſubſtantia conſtare, ſale, ſulphure, & mercurio. ſalem igni reſiſtere, experientia conſtat.

*Spiritus ſulphuris refrigeratio.*

*Galenum ſibi cõtradicere.*

ſtat. ſulphur contra igni amiciſsimum. per ſulphur intelligunt ſubſtantiam illam oleoſam ignis ſuſceptricem. per ſalem, ſubſtantiam poſt ſulphuris deflagrationem cineribus relictam, atque per aquam diſſolubilem, cumq; ergo liquor eiuſmodi, ſalis ſit eſſentia, planè conſtat, cur igni aduerſetur. acrimonia vero, & mordacitas ſubtili eius ſubſtantiæ tenuitatiuè partium tribuenda ſunt. ſcio nec his prorſus acquieſcere. & ſalem quia acrem, & mordacem eſſe calidum, & ignis reſiſtentia nō à frigore, ſed ab eius terreſtri ſubſtantia, ſed cum hæc effutiunt, non vident ſe in grauiora impingere concedentes motum, immobili. quid, quali. actionem, patienti, deueniendum tandem ad id, quod primum mouet, & ſi illud habeat annexa instrumenta, videndum, an recta inſtrumenti ratio ipſis competat, & quibus modis, his vtatur agēs, & id, num vnitatis agentis ſit, vel planè alterum. quam veritatem per agentium fines contemplari vnuſquiſque poterit, in vniuerſum, agentia quæquæ ad vitale principium diriguntur, & indè ad id quod magis affectant. hinc ipſa nituntur aſsimilare ſibi paſſa. properant omnes ad eſſe perfectum, non ad imperfectum, his longè plura addere poſſem. acrimonia ergo, & mordacitas caliditati nō eſt tribuenda, ſed ipſius ſalis naturæ, quam vocemus formam, vel ſubſtantiam, ſpiritum vel quod-

*Rationes cur refrigeret ſpiritus ſulph.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0209-5

cunque aliud, nec de nominibus cum Galeno mul tùm laboramus verum quid opus eſt verbis, vbi res ipſa loquitur? accipiant ſalem eumq; inflagrãtiſsimas prunas immittant, percipient ipſum vt metalla liquari, repurgari, & veluti ſalamandram in igne fixum manere, hinc aqua permanens, & fixa, ibi non craſsities terreſtritas impedit quominus ab igne abſumatur, ſpiritus eius tenuiſſimus eſt nec propterea minus reſiſtit igni, quid demum ſalem eſſe frigidiſsimũ ſtatuemuſne? minime gẽtium, nec calidum quoque. Et quæſtioni quid? ſalem dicemus eſſe id, quod eſt affectum ſupradictis paſſionibus, & eodem modo quæſtioni quale? nec obſtat quid elementarijs, & nimis materiales philoſophi nobis occinant, de ſuis primis, & ſecundis qualitatibus, quibus alibi reſponſum dedimus, ſed in frugifera eiuſmodi dicacitate relicta ad praxim veniendum. Itaque fit eiuſmodi liquor campanam, vel vas aliud ſimile, crucibulum accipientes ſulphure trito plenum, quòd admoto igne per ſe flagrat, fumus per campanã excipitur, iſque denſatur, & inferius inſubiectum vas labitur, ſi humida ſit tempeſtas, & frigida, plus olei habetur. ſi infundo crucibuli pro lib. s. drac. ij. chriſtali calcinati immittas efficies liquorem multiplicabilem, qui non parum idiotarum animos in admirationem trahit, decipit, & materiales

*Spiritus præparatio.*

*Oleũ multiplicabile.*

riales

riales illos medicaſtros, qui ex ſenſibus omnem philoſophiam aut potiùs dicacitatem ſuam hauſerunt, putant nihil quicquam bene dictum eſſe in phiſicis, niſi ex quatuor qualitatibus deriuetur. ſed afferant quæſo rationem cur vncia dicti liquoris intra menſem alteram vnciam producat. vſus huiuſce liquoris multiplex eſt, intrinſecus numquam per ſe, ſed cum alio liquore. dantur tres vel quatuor guttæ cum iuſculo, aqua ſtillatia, decocto vel alio liquore. conſeruis etiam immiſcetur. Vẽtriculum roborat, craſſos, & viſcidos humores in eo contentos incidit, & attenuat, vermes enecat, menſes mulierum mouet, ſitim compeſcit, ardores febriles extinguit, hydropi ſuccurrit, vulneribus intrinſecis cum decoctis vulnerariјs medetur, aſthmati à craſſorũ humorum infarctu orto multum confert, iuuat, & eos qui hydrargiro peruncti fuere, vel eundem introſumpſerunt, dentium dolores ſedat, eoſq; nitidos reddit. *Eius vſus & facultates.*

Balſamum ſulphuris per ſpiritum therebintinæ factum, omnibus parum in chymicis inſtructis notum eſt. fitq; ex ipſius ſulphuris floribus in eo therebintinæ ſpiritu ad calorem fimi equini maceratis, quouſque dictus therebintinæ ſpiritus rubeam ſulphuris tincturam elicuerit, reaffunditur nouus ſpiritus ſupra dictos flores toties quoties ſpiritus ab his tinctus prodierit. ab hac tinctura ſpiritus per *Sulphuris balſamũ.*

alem-

alembicum prolicitur, & in vrinali fundo remanet tinctura in formam extracti. quæ demum per vini ſpiritum purior redditur, ipſi extracto vini ſpiritum ab eo extrahendo.

Eſt, & aliud ſulphuris balſamum non ita notum, qua via, & eius tinctura extrahitur. ad quod aliud diſſoluens requiritur, de quo alibi (Deo fauente.)

3 Balſamū.

Eſt, & tertium *balſami genus ad extrinſecos* vſus tantum paratum, fit vero cum *floribus ſulphuris* lib. s. olei lini, vel communis vel alterius generis pro ratione medicamenti lib. j. s. coquantur parum ſimul in vaſe amplo terreo deuitriato ſpatula ferrea ſemper mouendo, ignis interea ſit lenis ac lentè ipſum coquito ad mellis ſpiſſitudinem, tunc ſuper marmor effundatur, & refrigeratur. hoc deniq; in tenues partes ſcinde, eaſque per retortam deſtilla, & exit oleum ſub nigrū fœtidum, & graueolens, quod quidem ad plurimos vſus conducit, frigidos tumores *diſſoluit*, vulneribus medetur, cõuulſionibus *ſuccurrit*, & omnibus neruorum affectibus, *ſurditatem* iuuat, & iuncturarum frigidos dolores ſanat, per ſe, & cum oleis. & vnguentis vſurpamus, odoris eſt acutiſſimi, propterea quæ eius vehementiam extimet, cohobationibus (vt alibi diximus) remoueatur, aut ſaltem imminuatur eius modi odoris acumen. aut

4. Balſamū.

ſal-

ſaltem ei commiſceat olea odorifera vel vnguentia. vulneribus linteamine duplici apponitur, plagulis, & faſcijs more vulnerum admotis.

*De Antimonio:*

QVàm iniuſtè virus ſuum euomant, in hoc præſtantiſsimum minerale, pſeudoquidam medici, quos plebei nonnulli, rudes, & ſtolidi loquaces palàm inſequuntur. ſed hos Phormiones de re incomperta ſinamus delirare; eſt autem antimonium minerale præſtantiſsimum omnium metallorum radix, propterea ſaturnum philoſophicum à chymicis dictum. eius vires, & proprietates planè ſunt imperſcrutabiles, de quibus poſt f. *Baſilium valentinum*, & *Iohannem de Rupeſciſſa*, *Theoph. Parac.* multa, & præclara dixit; recentiores, poſt ipſum vt Penotus, Gerardus Dorneus, Matthiolus, Quercetanus, Suctenius, Rulandus, Crollius, Phædro, & alij idem ad ſydera extollunt qua de re non amplius venenum, ſed præſtantiſsimum alexipharmacum doctis habetur. doctos non appello deſides, & otioſos, quos non decet manus ad fortia mittere, minus eos, qui ſacræ artis gloriam in verborum lenocinio reponunt: ſed hos, quos ſedulus labor Mnemoſinæ filijs arctè coniunxit. Medicamen-

camenta, quæ potiſsimum ex eo conficimus, ſunt, tinctura, non ea, quæ chryſopoeis exoptatur, ſed ea, quæ ad medicos vſus tantùm conducit. oleum, ſal, mercurius, liquores varij, vomitoria, aluum ſubducentia, diaphoretica, & alia. Tinctura varijs modis à nobis paratur. primo, eo quo habetur apud Theoph. Parac. ipſum primùm calcinando atq; in reuerberio per aliquot dies exercendo, demum per ſpiritum vini tinctura nobiliſsima educitur, cuius proprietas eſt aperire meatus, vires corporis augendo, radicale humidum ab omni ſorditie repurgando, ſanguinem, & alios humores renouat, quare & lepram ſanare creditur, eo utimur, omni tempore cum quauis re, ſiue potu, ſiue cibo. doſis ad libitum granorum tamen aliquot uel 5. uel 10. uel 20. ad 30. uſque. Alio modo per uaria diſſoluentia, omnium nobiliſsima, & præſtantiſsima, ea eſt, quæ alia tinctura fit citra omnem calcinationem, cum proprio diſſoluente, quod quidem non aliunde quam ab eodem antimonio educitur. eiuſmodi diſſoluens ab antimonio duplici modo fit, primo ex puro, & crudo ſtibio, abſq; adiectione secundo ex regulo cũ adiectione, ea, cum regulo remanente, uel ab eodem poſt ſolutionem recedente. hac methodo medicamenta ſeù potiùs arcana filijs artis tantum innotuerunt, & qui tanti theſauri fuerint particeps, ea

*Antimonij tinctura.*

*Tinctura vires, & vſus.*

*Tinctura 2. & nobiliſsima.*

ſibi

ſibi ipſis tantummodo ſeruarunt, ne ſuos labores æmulis impunè traderent; & magis equidem cum non liceat ſanctum dare canibus, & vniones ante porcos proijcere. his ſi aurum accedat debito modo paratum, vera, & perfecta antimonij præparatio habetur. hinc exurget optatiſſimus, & laudatiſſimus morborum alexicacos, medicamentum fere vniuerſale aduerſus ſingula quæque mala ab in ordinato victus regimine profecta, vltro poſſem eius vires, & facultates dilatare, eaſque encomijs, & magnis laudibus exornare; at filijs artis, quibus ſolis hæc dicata ſunt, ſatis me viam aperuiſſe confido, interim ne rudes, artiſque tyrones ab eius vſu arceantur penitus, ſequentes præparationes primum meditentur, eaſque in vſum frequenter aduocent. *Vitrum anthimonij* non omnino ſpernendum venit, id vero multiplici modo fit. modus noſter, eſt, vt priùs per ſalem nitrum ipſum ſemel coquatur, poſtmodum vulgato modo in vitrum adducatur, & hoc præſtantiſſimum eſt ſi à docto, & experto medico exhibeatur.

*Tinctura anth. cũ auro.*

*Vitrum anthimonij.*

Aliud ſed compoſitum, fit, cum auro per duplicem viam, elegantiorem, & mobiliorem cũ oleo antimonij, in quo diſſoluitur aurum, eàque fermentata per coctionẽ in vitrum vertitur ſplendidiſſimum, huius vires mirandę ſunt, & ſummis laudibus extollendæ. aliò modo cum crudo anti-

*Vitrum aureum.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0215-4

monio de quibus alibi plura.

*Flores Anthim.* Flores item antimonij proprijs non carent laudibus. fiunt & per ſe vulgato modo & cũ adiectione, cum ſale armoniaco rubicundiſsimi fiunt. Vtrique vomitum & aluum proritant, quas qualitates coctione amittunt, & euadunt ſudorifici, modus conficiendi flores albos omnibus innoteſcit, & verè artificio caret. crucibulum ad hoc requiritur, vel aliquot vas terreum fortiſsimũ.ignis

*Flos triplex.* etiam vehementiſsimus deſideratur. flores in ſuprema parte ſublimatorij collecti, vomitum valde concitant, qui in medio, mediocriter, qui in ima parte, parum aut nihil vomitum, cient idem flores in reuerberatorio per plures dies detenti varios nanciſcuntur colores, qui per ſe abſque alia præparatione mltis pollent viribus.

*Fixatio.* Fixatur antimonium, ipſum bis vel ter cum ſale petræ calcinando, ſal aquæ communis, medio ab eo remouetur. putant nonnulli nec ſine cauſa portionem aliquam ſalis petræ cum antimonio remanere, quod pondere poſt calcinationem facile deprehenditur.

*Mercur. Anthim.* Mercurius Anthimonij multiplici modo fit, cum adiectione & citra adiectionem: ſine adiectione regulum, more florum antimonij ſublimando, ignis adhoc ſit æqualis, & fortiſsimus atque viginti quatuor horarum, & excipies per alé-

bici roſtrum Mercurium viuum.

Non nulli cenſent Mercurium eiuſmodi fieri poſſe per cynnabarim, & per Mercurium ſublimatum, hi non norunt vtriuſq; anthipathiam, hæc eſt potius Mercurij reſuſcitatio, quam eiuſdem generatio. gummi, qui ex regulo anthimonij extillatur, ab antimonio proculdubio educitur. Mirum eſt quam ſeſe auerſentur iſthæc duo mineralia. Alio modo cum ſalis tartari in loco humido diſſoluti lib. ij. antimonij ſubtiliter triti lib. j. tartari crudi lib. iij per retortam Mercurius in aquam frigidam pellitur. *a Mercurius antimonij.*

Sal antimonij pluribus modis fit. at in omnibus calcinatio præcedere neceſſe eſt, ſiue ea fit per ſe, ſiue cum alio, ſiue in ſicco, ſiue in humido, per ſe, vti de floribus ipſius anthimonij dictum eſt, cum alijs, vt cum aliqua ſpecie ſalis, quæ calcinatio ſicca eſt reſpectu eius, quæ fit cum lixiuijs, & aquis fortibus. modus optimus eſt, ſtybium in ſudorem reſoluere, reſolutum in puluerem dulcem adducere, ab exſiccato per ſpiritum vini, ſal educitur præſtantiſſimus, aluum tantummodo ſubducens. *Sal anthimon.*

Regulus antimonij fit etiam multis modis: communis methodus, eſt accipete partem vnam antimonij, ſalis nitri partes duas, tartari crudi ſubtiliter pulueriſati totidem, ex his ſimul com- *1 Regulis.*

mixtis fit puluis, qui ſenſim in crucibulum ignitum proiectus regulum producit. regulus in fundo crucibuli poſt reiteratas fumigationes reperitur.

2 *Regulus.* Alter modus fit cum ferro, eo ignito & infuſum anthimonium proiecto. funditur vero anthimonium in amplo crucibulo ad libras 6. vel 7. & candens ferrum ad digiti maioris craſſitiem circiter ſemilibram ei commiſcetur, antimonium ferro inimicum, ferrum ipſum diſsipando in fumum vna cum ferro ab omni ſorditie ſimul ſe repurgat.

Oleum, & liquores antimonij varijs itidem

1 *Oleũ Anthim.* modis à nobis præparantur. qui ad Chryſopœam ſpectant noſtri non ſunt inſtituti, medica proponimus & vana reijcimus fit. vero oleum antimonij vel ex ſolo antimonio abſq; vllius rei interuentu, qui modus non omnibus innoteſcit. Vel

*Anthimonij acetum.* alterius, multorumue adiectione. ad primum modum magna quantitas antimonij requiritur, a quo crudo poſt putrefactionem aqua per varia inſtrumenta vitrea educitur, hæc nouo reaffunditur ſtibio à quo poſt reiteratam putrefactionem aqua iterum exſtillatur. his pluries repetitis operationibus oleum ſiue liquor oleagineus exſurgit præſtantiſsimus, diſſoluens egregium & nobiliſſimum.

2 *Oleum.* Alio modo per adiectionem fit, vel ex eo primum

mum calcinato, vel abſq; calcinatione à calcinato ſal per proprium diſſoluens educitur, à quo exſtillatur oleum ſubrubrum, præmiſſis aliquot cohobationibus. eiuſmodi liquorum vſus eſt ad intrinſecos vſus, ad quantitatem trium & quattuor guttarum cum liquore conuenienti.

Cum vari js rebus oleum ſtibi j fit compoſitum, cum ſale communi decrepitatio, cum ſale gemmæ, cum pane biſcotto, cum radicibus, & ali js multis cum quouis etiam metallo calcinato, cum ſublimato & tandem cum ſaccharo, is modus valde eſt popularis, eius deſtillatio à præmiſſis per retortam, non diſcrepat. Qui recenſent olea ſtibi j aquarum fortium medio facta, nos decipiunt, non enim aquis fortibus & corroſiuis diſſoluitur, item neque per acetum deſtillatum poteſt atteri. ſtibium ſale armoniaco apertum quoquo pacto diſſoluitur, cum aceto, at eiuſmodi diſſolutio nobis minime arridet. Diſſolutio etiam cum ſpiritu vini ſale armoniaco exaſperato nobis ſuſpecta eſt, hinc ab eiuſmodi liquoribus abſtinendum ſatius eſſe iudico. Quantum vero ad medicamenta diaphoretica, purgantia, ſupra, & infra, qui præmiſſis inſtructus erit, ea facilè habebit. omitto volens calcinationes cum ſale nitro, vt quæ ſint populares & cognitę compoſita poſt modum medicamenta tam alterantia, quam purgantia ex

eo parata, longiorem tractatum à nobis exigerẽt, ea de cauſa hoc alibi explicandum diſtulimus. Quercetanus iam multa habet in ſua tetrade, alij etiam alia interea te monitum velim ipſum maxima cum vtilitate omnibus metallis miſceri, auro, argento, æri, ferro ſtamno, ex quibus non vulgaria arcana prodeunt.

*De Mercurio.*

MErcurius, argentum viuum, hydrargyrus idem ſonant, is, qui hodie in vſum venit naturalis eſt totus, & ex Germania & Hiſpania ad nos delatus, Hiſpanicus magis probatur, maximè ſi argentum cochlear aureo colore inficiat, poſtquam ex eo effumigauerit. Eius vſum in medicinam inueniſſe primum Arabes fertur, at craſſo modo, crudum videlicet citra vllam præparationem. Chymici poſtmodum rerum metallicarum peritiſsimi, eius præparationes primi inuenerunt: Rudiores artifices, pręcipitatum, cinabarim, & ſublimatum, tantum agnoſcebant. Cultiores. è cunabulis chymiatria emergente, præparationes his longè nobiliores inuenerunt: vt olea, balſama, liquores, fixationes, calcinationes, tincturas, & alia pleraq; tam ſimplicia quam compoſita.

*Mercurij vſum primo ab Arabibus inuentũ.*

*Medicamenta ex mercurio deſumpta*

Nos

Nos corpus mercurij, intra nunquam aſſumimus, ſed eius loco, dicti mercurij ſpiritum, chaos à Th.P. appellatū: fit aūt dictus ſpiritus hūc in modum. mercurium primo præcipita in pluluerem albiſsimum, vel cum oleo ſulphuris, vel cum aqua forti, aqua ſalſa ad eius repercuſſionem vſurpata, puluis pluries edulcoretur aqua communi: ab hoc puluere ſicco, cum proprio diſſoluente acido, ſalem educimus duplicem, vnum leuiſsimum aquæ innatantem, lanugineum goſſipij inſtar, alterum ponderoſum, & pellucidum, veluti chriſtallum. ab vtroq; per vini ſpiritum ſubſtantiam magis tenuem, & ſulphuream, varijs cohobationibus in fimo equino repetitis, elicimus, à qua, vt omne corpus recedat, ſpirituſq; ſolus remaneat, ignis admouetur, quo vini ſpiritus euaneſcat, & corpus fundum petat; liquor interim flagrantiſsimus remanet, & admirabiles effectus comparatus. aduerſus luem veneream vires ſuas potentiſsime exerit. Epilepſiæ medetur, cerebri, & iecoris obſtructiones reſerat, lienis duritiem diſſoluit, & alia plura præſtat.

*Corpus mercurij ſuſpectū.*

*Spiritus ſiue chaos mercurij præpatio.*

*Sal Mercurij duplex.*

*Chaos mercurij vires.*

Dictus mercurij ſpiritus fit etiam ex ſolo mercurio crudo citra omnem calcinationem at modus hic valde eſt obſcurus, & manualem operationem requirit, nec niſi ſola inſpectione addiſci poteſt. vti multæ aliæ operationes Spiritum præ-

*Alter merrurij ſpiritus.*

terea

terea in liquores verſum ali js modis præparamus, quos tamen liquores præparare non poſſumus, ni ali js operationibus præmiſsis, coctionibus videlicet, putrefactionibus, calcinationibus, diſſolutionibus, & ali js de quibus nunc.

*Multiplices mercurij coctiones.*

Excoquitur mercurius multis modis, vel per ſe, & crudus citra aliam præparationem, vel cum ali js, & iam ſublimatus, vel præcipitatus, vel in ſalem verſus.

*Coctio, præcipitatio, & calcinatio per ſe*

*Mercurius per ſe in rubicundiſsimum pulueré vertitur.*

Per ſe *in vaſe oblungo vti matratio vel alio* collo alto ſeſquicubitali in furno aperto cum calore valido, vaſe prius in arena demerſo, catino ſiue alio vaſe terreo ad hoc adaptato. ignis ſit cótinuus quadraginta dierum ad minus, vel quo ad mercurius in rubicundiſsimum puluerem calcinetur. hæc operatio valde eſt oneroſa, ſed tantæ eſt efficaciæ, & virtutis, vt facilè vtilitas damnum, & laborem compenſare poſsit. hoc medicamentum eſt ſummum alexipharmacum aduerſus peſtem, Epilepſiam, apoplexiam, Vertigines, & alios grauiſſimos effectus capitis. datur ad 4. 5. 6. 7. & 10 grana. vomitum non concitat, vix aluum ſubducit; nam eſt tantummodo roborans, & diſſoluens. Diſſoluit ſiquidem prauos humores partes continentes adiuuando, etiam ab hoc, ſpiritus, vt ſupra diximus, elicitur præſtantiſſimus.

*Merc. aduerſus peſtem.*

*Epilepſ. apopl. &c.*

*Merc. per ſe calcinati doſis.*

*Merc. coctio cum auro.*

Cum ali js; & iam ſublimatus, nonnullis etiam

modis

modis à nobis excoquitur, & potiſsimum cũ auro, præmittitur ferè ſemper ſublimatio, maximè vt is prius probè repurgetur, purgatio enim illa, quæ fit cum ſale, & aceto nullius fere eſt momenti. quantùm ad ſublimationem, eam ſic paramus accipio mercurij ſelecti lib. j. vitrioli rubrificati, ſalis nitri an. lib. j. terantur ſimul paulatim, & ex arte probè miſceantur. mixta bocciæ ſatis amplæ, & capaci cum collo oblongo, ſapientiæ luto prius loricatæ indantur, ſicque boccia igni ſuppoſita; eum primò lenem, paulò poſt fortiorem, & tandem fortiſsimum excipit ad 10. vel 12. horas. refrigerato furno ſublimatum à vitro ſegregatur, quod denuo cum ſolo colcotare ſublimatur, & tandem tertio quarto, & quinto. per ſe iterum ſublimatur, & in his vltimis ſublimationibus euadit pellucidum veluti vitrũ Venetianum, quod criſtallum vocatur.

*Mercurij ſublimatio.*

*Merc. ſublimati. Criſtalli inſtar.*

Item cum ſale communi & alumine rochæ ſublimatio inſtitui poteſt, nec etiam dubito, quin, & cum alijs ſublimari poſſit. Vt vero puriſſimum & perfectiſsimum argentum viuum ad prædictas operationes habeamus, dictum ſublimatum accipimus eumq; per retortam cum duplo vel æquali portione calcis viuæ, ex tartaro vſto, & vna parte farinæ volatilis deſtillamus, & in recipiente aqua frigida ſemipleno prodit Mercurius, qui re-

*Mercurij regenatio Mercurij Philoſophici qd.*

generatus dicitur, à nonnullis Philoſophicus,quē Quercetanus Mercurio metallorum æquiparat. hunc regeneratum Mercurium ſanare lepram iam dudum prodidit Th. P. in Lib. de cauſis & origine luis gallicæ.

*Mercur. regeneratus.*

Supra iam diximus ſolo Mercuri j ſpiritu nos vti ad intrinſecos vſus, quod quidem verum eſt, ni is priùs crudam & immaturam ſuam naturam depoſuerit.

*Mer.crudus intus non eſt dandus.*

Etenim is eſt adeo crudus, vt ſic exhibitus mille mala ipſis morbis deteriora concitare poſsit, quod recte annotauit Theoph.P. in Lib. de curatione luis gallicæ.

*Coctimercurij conditiones.*

Itaq; coctio in Mercurio parando apprimè procurāda venit, in qua coctione Mercurius debet ſuā mobilitatem deponere, ſuum ēt ſaporem auſterū mutare, quod omnes aſſequi haud poſſe maximè diffido, qui hanc methodum ſemel nacti ſunt eam nemini impertiri volunt. Interim communia & paratu facilia afferamus, & ea, quæ in communem vſum quotidiè cedunt, ab his enim ad abditiora facilior eſt tranſitus. Mercurius diaphoreticus concoctione talis redditur, cuius parandi formula habetur apud Th. P. lib. 2. de impoſt. in curat. luis venereæ correct.

*Mercurij Diapho-*

Rec. Mercuri j cum ſtanno coagulati q. s. redigatur in tenuiſsimum puluerem, qui in aurea ſcu-

tella

tella in aceto vini optimi conſtituta, ac vino ſublimato repleta aliquandiu aſſeruetur, tandem vinum alcholiſatum accendatur, idq; aliquoties iteretur, & *videbis vinum, Mercurium, ac ſtannum in quandam oleitatem reſolui. Vſus inquit eſt huius olei granum vnum in vino optimo, atque æger ſtragulis optime tectus, ad ſudorem ſe componat, ſudoris autem normam, ac modum experientia abundè docebit. Ex Mercurio corallato,* quæ ab eodem, Mercurius *laxus* dicitur, ſimilis liquor paratur. fit vero corallatus cum aqua ouorum ab eo pluries deſtillata. alia præparatio à nobis non ſemel vſurpata apud Penotum lib. de Medicam. chymicis ſic habetur.

*retici præparatio.*

*Vſus mercurij diaphoretici*

*Mercur. corallatus Mer. laxus.*

*Altera mer. diaphoretici præparatio.*

*Purgetur Me*rcurius ſale ſiccato, & ſublimetur cum vitriolo, ſale communi, & ſale petræ, vt artis eſt: poſtea aceto deſtillato ſoluatur, deſtilletur acetum, materia ſiccetur, poſt ſpiritu vini correcto digeratur, donec in mucoſam pinguedinem tranſeant. hinc liquor extrahitur & in arena fortiſsimo igne vrgetur, quo ad humor lactis inſtar extillet: hoc iterum affunditur, & oleum albiſsimum ac ſuauiſsimum omnis erodentis facultatis expers prouenit. per os aſſumptum veſicę, faucium aliarumq; partium abditarũ exulcerationem perſanat, & renum morbos per ſudores vrinamque diſcutit.

*Mercur. diaph. vires.*

*Mercur. præcipitatio cũ ſmiride.* Præcipitatio, quæ fit cum ſmiride coctionis ſpeciem repreſentat, verum ea, quæ fit cum auro prius in ſalem adducto longè præſtantior eſt. at ſalem auri conficere arduum & perdificile eſt, ideo his ſatiùs ſuperſedendum duco, quàm legentis mentẽ tricis inuoluere. rurſus alias Mercurij coctiones agnouimus, quibus etiam pro renata nonnunquã vtimur. *Mercurij coctio cũ auro.*

*Coagulatio mercurij per ſpiritus metall.* ad has priùs coagulatur Mercurius, qui ſi regeneratus, melior cum ſpiritu cuiuſuis metalli, accipiens partem vnam Mercurij, ſalis communis, partes tres, vel quattuor, metalli ex quo vis educere ſpiritum partes ſex vel circiter, quod parum refert doſim ſeruare ad vnguem, coquantur ſimul, cum aqua puteali, in nonnullis metallis ex quibus ſpiritus facilè educitur, in alijs cum alio liquore aceto, vino, &c. ſimili methodo omnium metallorum vim & facultatẽ ad ſe allicit, eſt enim naturæ verſatilis, & aliorum planetarum impreſſiones facile ſuſcipit; cum Marte vero ob innatam inimicitiam, medium requirit, puta vitriolum. Ideo loco ſalis, pone vitriolum, & maximè cyprinum: vix.n.cum alio vitriolo ſuccedit operatio. *Mercur. naturæ verſatilis.* *Mercur. Marti inimicus.*

*Amalgama ferri cum mercurio.* Sub qua conſideratione ſicco pede non eſt trãſigendum, quo pacto ferrum cum mercurio amalgametur. fit itaq; eiuſmodi amalgama cum ferro recentiſsimè limato, & mercurio optimè purgato, ſufficienti quantitate vitrioli cærulei adiecta,

cum

cum debita portione aceti acerrimi excoquuntur ſimul per tres, vel quattuor horas, atquè ſpatula lignea aſsiduè moueantur, nouum acetum ſemper addendo, proijciantur omnia in aqua frigida, & mercurius à ferro, & alijs ſegregetur, atq; demum per corium impellatur, ſic in corio habebis amalgama cum ære pariter amalgama parari poteſt, imò citius nec tanto cum labore.

*Mercur. amalgama cum ære.*

Præcipitata omnia primo intuitu quoddam coctionis rudimentum demonſtrãt, attamen mercurius adhuc crudus in his planè exiſtit.

Hæc verò præcipitatio, in hoc minerali propriè calcinatio eſt, quæ varia à cum plurimis excogitata fuit. commune præcipitatum fit cum vna parte *mercurij*, & *cum duabus aquę fortis communis*, in *matratio vel alio vaſe vitreo*, euaporando à quam fortem, ad ignem apertum, manet in fundo vaſis præcipitatum in colorem flauum, & ſubrubrum per retortam commodiſsimè poterit perfici iſthæc operatio, cum qua elicies aquam fortem ad plurimos vſus neceſſariam. eſt, & aqua fortis adeo potens, vt æquali portione *præcipitare* poſſit mercurium. talis eſt, ea, *quæ* fit cum ſolo bolo armeno, vel cum alumine vſto, & ſale nitro; huic tanta vis ineſt, vt ferè in momento mercurium præcipitet, etiam citra vllum calorem. fugaces ſpiritus nitri, à præcipitatio per ſublimationem abſu-

*Præcipitatū vulgare.*

*Mercur. in momẽto præcipitare ſine igne.*

*Fugaces*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0227-1

*ſpiritus nitri per ſublimationes eneruari.* ſumuntur, ſiquidem eiuſmodi pręcipitatum faciliimè per ſe cum boccia ordinaria ſublimatur, quòd ſi adhuc dictos ſpiritus magis hebetiores reddere cupis, ſublimationem ter, & quater repete. hac via duplicem operationem perfeciſti, præcipitationem, & ſublimationem ex rubro album, & pellucidum reddidiſti mercurium. in ſuper ſi ſublimatum dulce deſideras, huic ſublimato commiſce terendo æqualem portioné mercurij, & iterum ſublima, quòd ſi adhuc vlterius pergere velis, eodem calle ſalem lanuginoſum, & criſtallos parare poteris, vt ſupra commemorauimus, à quibus liquores præſtantiſsimos conficimus. hinc vides quam arcta præparationum mercurij connexio, vt inde mirum non eſt, ſi vnam exponendo plures amplecti cogar. Interim cum de varijs præcipitationum formulis ſermonem inſtituerim, non abs re eſſet, ſi præcipuas, & ſelectiores ne dum à nobis iam dudum probatas, verùm & aliorum publico teſtimonio communis iuris factas, hic interſererem.

*Sublimatum ex præcipitato.*

*Sublimatum dulce.*

*Arcta mercurij præparationũ cõnexio.*

Præcipitatum album, neſcio à quo edoctæ nõnullæ mulieres nobiliſsimæ gallæ, quæ id pro nitore faciei comparando, in vſum traducunt. fit vero mercurio in aqua forti diſſoluto, atque in aqua ſalſa effuſo, aqua fortis, & ſalſedo omnis, varijs ablutionibus ab eo remouetur, ſub fine aqua

*Præcipitati albi præparatio, eius vſus.*

roſa-

roſacea vel alia odorifera abluitur, & poſtmodum exſiccatur. puluere hoc præcipitato vtuntur per os nonnulli, malè arbitrati ſpiritus aquæ fortis ablutione tolli omnes; at errant toto cœlo, repercutiuntur quidem adiectione ſalſæ aquæ, firmiuſquè tunc pulueri hærent, non verò in totum recedunt. extrinſecùs eius vſus in vlceribus cancroſis ſummoperè nobis arridet, intùs exhibitum per inferiora tantum purgat, & maximè ſi aqua fortis ſine vitriolo facta ſit, ſecùs vomitum plerumquè concitat.

*Spiritus aquæ fortis per ablutionem haud removeri.*

*Præcipitati albi vis & facultas.*

Cum duplici pondere olei ſulphuris rectificati præcipitatur etiam in puluerem album. Et quia oleum non eſt tantæ actiuitatis, vt eſt aqua fortis, ideo per retortam oleum à mercurio deſtilletur, varijs cohobijs repetitis, puluerem ſiue maſſam albam tere, & laua calida aqua, & hoc tamdiu quo ad puluerem flauum vertetur, huius vſus non eſt adeo formidabilis, vt prioris, doſis ſingulorum eſt 3. 4. 5. 6. & 10. granorum pro viribus aſſumentis.

*Alia præcipitati albi præparatio.*

Cum oleo vitrioli in præcipitatum quoq; vertitur, quòd ſi ſublimatio præcedat, nobiliùs, & præſtantiùs erit præcipitatum, per retortam mercurium præcipitatum ab oleo vitrioli ſegregatur. atque tum aquam vitæ optimam ab eo pluries abſtractam. Ferunt chryſopœi materiam eſſe

auro

auro ( cui plus iuſto anhelant, ) augendo idoneā. hoc præcipitatum ſi cum vna parte calcis lunæ, & altera ſalis armoniaci ad duas partes ipſius præcipitati per ignem ſubleuetur, in fundo vaſis relinquit materiam pulcherrimam auro per ſimilem, hæc denuo in crucibulo fuſa, vitrum fixum, & tranſparens relinquit.

*Vitrum mercurij*

*Præcipitatū cum ſmiride.*

Præcipitatum cum ſmiride ni fallor, vana lucri ſpecie excogitatum. etiam nūc in vſum Medicum adducitur. fitq; ipſum cum aqua regia, quę à ſmiride calcinato educta fuerit, ſic plures aquæ regiæ ſmiridis colore prægnantes, per euaporationem in viſcidam aquam verſæ, breui tempore mercurium præcipitant.

*Magiſteriū mercurij.*

Præcipitatum alio modo fit rubicundiſsimum ſanguinis inſtar hoc modo. accipe ſublimatum eſſenſificatum q. s. hoc diſſolue aqua communi per ſimplicem ebullitionem, diſſoluto guttatim affunde olei ſeu liquoris reſoluti ſalis tartari g. aliquot, & cumprimum mercurius in fundo vaſis cadit in puluerem rubicundiſsimum, qui verè poteſt appellari magiſterium mercurij: dulce pariter efficitur varijs ablutionibus cum aqua communi ſtillatitia factis. Ex hoc quoque liquores, olea, & balſama confici poſſunt, de quibus, vt de multis alijs dum nobis liceat otijs commodius vacare fuſius dicturi ſumus. nunc ſupereſt eius vſum, vires,

& ſa-

& facultates nobis compertas ſaltem connotare. quo ad eius vſum certè cuilibet aſſerere poſſum, eum eſſe adeo obſcurum, & difficilem, vt nullo pacto litteris poſſit commodè tradi. garriant quicquid velint agirtæ, & circulatores fumiuenduli, ſe plures hoc medio ſanaſſe, ſeque verum, & legitimum eius vſum poſſidere, perrari ſunt tamen illi, qui eius naturam perſpectam habeũt, etenim ſola experientia ipſe addiſcitur, varius quidem eſt mercurius, & mineralium, & metallorum facultates facile induit, miram ſympathiam, & anthipathiam in noſtris corporibus exercet, & in certis temporibus melius quam in alijs. nonnullos lue venerea infectos mirificè ſanat, alios plerumque ob eius anthipathiam, non modo non ſanat, verùm, & morbum contumaciorem, imò, & incurabilem ſæpe reddit, vltra grauiora mala, & ſymptomata, quæ malo primo longè deteriora efficit. humidi in vniuerſum eius vſum non tantum abhorrent, vt ſicci, & melancolici. quidam biliosi eius vſum omninò reformidant commodiùs hyeme quàm æſtate. medijs verò temporibus vere, & autumno commodiſſimè. In auſtrina temporis conſtitutione tutiùs, quam in boreali, & his proximè medijs conſtitutionibus. quantùm ad eius facultates, exiſtimo ſane eas nondum eſſe compertas, propter varietatem

*Mercur. vſus, facult. & vires.*

*Mercur. vſus perdifficilis.*

*Pauci Mercurij naturam callent.*

*Luem venereã ſæpe contumaciorẽ reddit.*

*Humidi facilè mercurij vſũ admittũt*

*Quibus temporibus ſit exhibendus mercurius.*

*Qualitates Merc. adhuc. nō ſatis compertæ.*

ſuarum operationum. refrigeret ne, an excalefaciat, certant adhuc chymiæ ignari. vtraque vi pollere manifeſtum eſt. refrigeret iam patet ſenſibus excalefaciat, dum incidit, attenuat, diſſoluit, purgat, & ſimilia præſtat nemo inficiabitur. at non his qualitatibus tantummodo inhærendum ſuadeo, verùm magis ſpeficis, & indiuidualibus. ſub eius conſideratione ipſum agnoſcimus dura pleraque diſſoluere, & multa alia coagulare. Crudus, & incoctus ſemper corpori nocet, contra coctus, & ad perfectam maturationem adductus omnibus prodeſt: durities quaſcumque in quocunque loco factas diſſoluit, & attenuat. iecori, lieni, cordi, & carnoſis partibus ſuccurrit. cerebro non ſemprer tutò adhibetur pulmonibus obeſt, & renibus; ſiccis etiam partibus, neruis membranis, & oſſibus frigore ſuo, ſaporeque pontico non parum aduerſatur, ſalſos humores denſat, & laxam cutim ſalſo ſudore conſperſam aſtringit mirum dictu quàm facilè omnem putrilaginem, vermes, & omnia animalcula fugat, & enecet blandè aluum ſubducit, & bilem clementer purgat, luem veneream potenter deijcere, à multis creditur. & quidem in eam ſummum habere imperium pluries expertus ſum, at non ſemper, & in multis ſæpe morbum contumaciorem reddit. Epilepſiæ, apoplexiæ, vertigini, hydopi, & alijs ſimilibus mul-

*Mercur. crudus ſē per malus.*

*Mercur. cerebro, pulmonibus, renibus neruis mēbr. & oſſibus cōtrarius.*

multum confert. ali js denique affectibus grauiſſimis morbis medetur, tam intrinſecis quàm extrinſecis, ſed practicum, & exercitatiſſimum medicum requirit, nec hoc quidem inculcare valeo, propter agirtas, & circunforaneos, item propter quoſdam ignaros medicos, qui vix à limine chymiam ſalutarunt, ſe tamen archychymicos vnicuique diuendere non erubeſcunt. *De ſuo vſu, & facultatibus vlteriùs non progredior, garrulis pſitaccis id diſſuadentibus.* deſides enim illi nihil boni probare ſolent. qui plura deſiderat legat Th. P. Penotum, Dorneum, Quercetanum, Crollium, Phædronem, & alios.

*De ſecretioribus Metallorum præparationibus, & vſu.*

EXacta in ſuperioribus mineralium pharmacia, nunc ad metalla deueniendum. Et primum ad aurum tanquam omnium optatiſſimum, & perfectiſſimum. qua in re ob rei difficultatem nobiſq; haud ſatis notam. quid de eo ſenſerint ali j breuiter recenſebimus, quid poſtea ferat noſtra opinio more noſtro paucis aperiemus.

## *De Auro.*

CIrca Auri appellationem aliquam latere æquiuocationem reperio. quidam enim pro auro, non id, quod communiter proſtat, & cui hodie rerum meta, & pretium aptatur, auaritiæ fonti, à quo mille incommoda vitæ continenter *profluunt, accipiunt. ſed quandam materiam ſanitatis radicem, & vberrimum fontem*, nullius inuidiæ ſubditam, ſolis probis, & veris medicis notam, de qua longè plura, quàm de vulgari auro ſublimia decantant. Sol etiam aurum cœleſte dicitur. vulgare verò aurum cui propriè hæc competit appellatio, & cui verè præſens noſter dirigitur ſermo, nullo vocis ſignificatu laborat. huius nominis etymó quidam nimis curioſi deducunt à voce hebræa, aor, quæ lucem ſignificat. Hebræi tamen id alia voce efferunt, betzar, quaſi in tribulatione, vel ſiccitate tzar enim tribulatio, & ſiccitas, & prępoſitio Ben. Item zahau. à colore, & *puritate*. alij à græco ὁρέω, quod eſt cuſtodio. *alij* χρυσὸν dicunt ab inuentore. poteſt, & ab *illa* ὦρος, qui ſol apud Aegyptios dicitur. inſignitur, & alijs nominibus penes chymicos, nunc enim ſolem, ipſum nominant, nunc ſulphur fixum, fermentum, ſperma tinCturam, & alia. olim græcis eius in medicina vſus fuit

*Nomen auri æqui uocat.*

*Dehab.*

fuit incognitus. Arabes primi tanti metalli vires experti ſunt atq; ſuis compoſitionibus immiſcuerunt. limatum primum aut in foliola redactum, quam craſſam, præparationem adhuc pharmacopolæ noſtri retinent; quo cum fructu adhuc in exploratum habeo, id à noſtri ventriculi calore atteri, ſubigi, & concoqui nequit, at tunicis ventriculi, & inteſtinorum hærere poſſe ſæpe compertum eſt. Vnde ſymptomata grauiſſima nō rarò emergunt. Chymicos hac in re ſolertes, & ingenioſos comperimus, vt qui vari js, & pręſtantiſſimis inuētis pharmaceuticam non modo auxerunt, & ditarunt; verùm, & ad ſummam perduxerunt: inter quos primas tenent Raimund Lull. Arnaldus Villanouanus, *Theoph. Germanus*, quibus viam ſtrauiſſe *Iſaacum Hollandum, Iohannem de Rupeſciſſa*, & F Baſilium Valentinum quodammodo creditur. ab his multi ali j profluxerunt, vt Gerardus Dorneus, Penotus, Vlſtadius, Phædronus, Quercetanus, Crollius, & ali j pene inumeri; vt interim vetuſtiſsimos breuitate omittam.

Summa huius metalli præparatio in diſſo lutione conſiſtit; Diſſolurio vero procuranda eſt ſine corroſiuis; ſecus non medicamentum, ſed venenum conficitur. at ſunt corroſiua, ea omnia, quæ è ſalis ſpiritibus educuntur, in quo loco reponēdus eſt tædioſus ille labor, qui ex aqua puteali fit, cùm

re vera per id laboris, nihil aliud, quam ſpiritus ſalis armoniaci proliciatur, quod ſapore, & colore, quo digitos inficit, facilè cognoſcitur. aquam vitæ alchaliſatam, vt & acetum alchaliſatum id ipſum diſſoluere poſſe minimè diffido, ſed eiuſmodi modus per obſcurus eſt, & eius calcinatio vera præmittenda venit. quod de eo enigmaticè loquutus eſt Parac. ambiguum eſt admodum, nec quid velit à quopiam percipitur. *legitimum diſſoluens* à multis aqua *vitæ dicitur*, à *nonnullis azot*, & *quibuſdã* mercurius, ſpiritus, ignis, & alia pro vniuſcũquiſq; captu conficta. quid ſit tandem, videant ne nobis impoſsibilia, lapide ſuo imaginario cuncta in aurum vertente, obſcuriora obtrudant. ſi tanti arcani fuerint participes, cur non ſibi ipſis ſaltem pro fuerint? ſi aurum condendi ars tantum familiaris, vbi tot diuitiæ, & opes contractæ? ſi mortis, & ſanitatis tutelare præſidium, cur non morborum immunes longiſsimè vixerint? cur non morborum ſeminarijs eodem funditus euulſis ſenectam haud depoſuerint? at hi, vt plurimum morboſi, crudaq; ſenectute confecti, ociſsimè occubuerunt. ſiccine deluditur veſtrarum præceptionum labor? commentitia nè ſunt, tot tamq; varia de eo à vobis decantata encomia? ſed quorſum iſthæc? liceat vnicuique proprio ſenſu abundare. Quercet. lib. de præparat. medic. ſpargir. cap. 1. auri diſſoluens duplex

plex facit, ſpiritum acerrimum, & ſanguinem hydræ, quo in loco medium quo educitur color à diſſoluto, alchoole glaciati corneoli proponit. quid ſit ſpiritus ille acerrimus, aqua regis an fortis alia ex ſale marino, vt & ſanguis hydræ parum laboramus, ſola voce iſthæc corroſiua nobis innoteſcunt ſuum item achool glaciati corneoli ſiue aqua vitæ ſit alchaliſata, ſiue aliud quippiam ſimile, nobis admodum ſuſpecta eſt huiuſmodi præparatio, nec minus reliqua in eodem capite eodem filo contexta, quæ ni fallor ex Parac. de ſumpta ſunt, & maximè ex Chirurg. mag. lib 2. quo argumento multos vanitatis, & gloriolæ cupidos deprehendere licet. ſi Paracelſum nemo intelligit, quis Quercetanum idem per obſcuriora dicentem? Idem author in ſua tetrade cap. 32. de Sole, & Luna vnam ſibi compertam multis verbis enigmaticè depingit. At quis non videt deſcriptionem fundamento à ſe, & alijs poſito minimè quadrare? quod inibi Philoſophicè calcinatum appellat, id fit cum ſale armoniaco cum reſoluto ſale tartari, vt de fulminante auro habetur, ſtygiam poſtea aquam è fontibus draconis omniuori glaciatam, eſſe corroſiua ſatis liquèt, & inſuper colorem ibi mutuaturum ſolem in nigrum: Ex mercurio corriſiuis ſpiritibus imbuto fieri manifeſtè patet, hucuſque dictam præparationem mortificationem nuncupat, à qua

varijs

varijs ablutionibus repetitis ſplendidum, & magis nitidum redditur, à quo poſtmodum per ſpiritum fructuum iuniperi tincturam elici docet. quã tandem ſaturni balſamo æthereo exerceri vult per alembicum, crebris cohobationibus adhoc repetitis. huiuſce præparationis veritatem penes ſuum authorem relinquimus. nec propterea tanti viri fidem labefactare, aut ſuſpectam reddere nobis eſt animus. *ſcimus pro certiſsimo eiuſmodi* calcinationem, & diſſolutionem haud eſſe legitim*am*, & Saturni ſpiritum. quamuis ardentem, & ſubtiliſſimum, aurum minimè tangere, minùs quemcunque ſpiritum fruct. iuniperi. his fortè alia præſtantiora diſſoluentium genera nobis occuluit. Tincturam, quam ferunt per lapidem pumicis educi poſſe, *manib. proprijs* tractauimus, eam tamen nec probamus, nec alijs parandam ſuademus.

Per oleum iuniperi creditur quoq; aurum propria tinctura ſpoliari poſſe, cuius credulitati *ne*minem parum in chymicis verſatum h*æ*rere exiſtimo. Cæterùm paſsim in Chy*mico*rum libris varia tincturarum, & auri po*tabilis* præparationum genera offendes, *quæ ni fallo*r incerta, impoſſibilia, & omnino à *veritate* aliena cẽſemus. Quid tandem de vera, & legittima eius præparatione ſentiam, paucis ſic habebote. Aurum priùs à ſua natura metallica ſpoliandum venit, quod omnes

fere

ferè nobis inuere videntur, at in modo docendo nos fallunt, vel ipſis ſic volentibus, vel his planè rudibus, & ignaris. hoc vero *fit per calcinationem*. Calcinatio eiuſmodi non fit cum aquis fortibus ſale armoniaco exaſperatis, minus ꝑ ſpiritũ ſalis vrinæ, nec itidem per quemuis ſpiritum ſalium. ſpiritus ſalis aquæ communis optimè aurum ſoluit, & *tamen vera non eſt ſolutio, nec calcinatio vlla* eius medio fieri poteſt. aurum etenim his calcinatum iterum in corpus reuertitur. At vera calcinatio fit cum quadruplo corporis ſicci diſſolubilis trituratione diligenti præmiſſa, prunis ardentiſsimis tunc probe calcinatur, calcinatum liquore acido potabili diſſoluitur, à quo poſtmodum cum ſpiritu ſulphureo pariter potabili, tinctura à corpore ſegregatur. Sic verum, & *legitimum* aurum potabile habes cum ſua tinctura ſi vlterius pergere velis, aurum eſt apertum, tibi erit vitriolum, eſſentiam quintam, magiſterium, & alia arcana parare. quòd ſi prima vice corpus auri non ſit ſatis apertum, calcinationem reitera. imò ter, & quater, quo plus eo melius. iam ſic calcinatum maximas virtutes obtinet, eòque tunc frequenter vtimur citra tincturæ extractionem aut aliam ſolutionem.

*Auri calcinatio vera.*

*Auri potabilis legitima præparatio.*

Calcinationes vulgatas ſuis carere dotibus minimè exiſtimamus, ea de re nonnullas nobis notas hic delineare haud infrugi duco.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0239-1

Calcinationes communes duplici via potiſsimum fiunt, per mercurium, & per aquas fortes, quas regias vocant. per mercurium accipiunt ſolis puriſsimi in bracteolas vel tenuiſsima foliola reducti partem vnam, mercurij viui partes 6. vel 8. Mercurio parum concalefacto additur aurum, id ipſum probe miſcendo piſtillo lignea. atq; hoc fit extra ignem tum amalgama aqua dulci multoties abluatur donec omnis nigredo recedat. ſuperfluũ Mercurium per corium exprimimus, & in corio manet amalgama, quod iterum accipimus cum duplo ponderis ſalis albi decrepitati vtrumque fortiter ſimul terendo in mortariolo vel lapide marmoreo cauo cum piſtillo etiam marmoreo; poſtmodum materia crucibulo indita prunis ardentiſſimis committitur, à qua Mercurius recedit. ſal per ablutionem aquæ dulcis ab auri calce ſegregatur, Calx adhuc tenuior redditur, ſi ea bis vel ter duplo florum ſulphuris comburatur. fit, & calcinatio cum ſolo Mercurio ſed non adeo perfecta, & cum aliquo detrimento.

Item cum Mercurio ſublimato, modo haud valde diſsimili.

Item cum ſale armoniaco, ſale communi, & ſale aquæ communis.

Per aquas fortes ſale armoniaco exaſperatas, aurum in calcem vertitur, accipiendo aquæ fortis

vnc. iv. ſalis armoniaci vnc. j. auri puriſsimi vnc. s. diſſoluuntur omnia lento calore in vrinali vitreo, poſtmodum humiditatem omnem euapora, & remanet aurum *cum ſale armoniaco calcinato; per validum ignem ſalem ſublimando*, dictum ſalem ab auro ſeparabis, item per adiectionem ſalis tartari, & poſtea per ablutionem cum aqua communi extillatur, & aqua regis ſine fæcibus, & ſic ſimplex euaporatio ſufficit, aurum poſtmodum in aqua regis ordinaria ſolutũ, & cum ſale tartari reſoluto repercuſſum in tenuiſsimam calcem vertitur, quæ poſtmodum aqua communi pluries lota euadit tenuiſsima, fitque illud aurum ſclopetarium, volatile, ceraunocryſon, qua occaſione ab aere *calido exſiccanda venit, ne ignem concipiat*: ſecus eiuſmodi aurum concipiens ignem ingenti cũ ſtrepitu vaſa etiam fortiſsima diſrumpit, & in mille partes diſtrahit fulminis ad inſtar, qua ratione, & aurum fulminans à multis dicitur. huius operationis cauſam Crollius refert, antypathiæ ſalis armoniaci commixtis, & medio ol. tartari compactis, & denſatis: aurum ob ſuum pondus vim fulminantem ſalis nitri ad ſe trahit, vnde vires ſuas inferiùs exerit. aurum præterea in calcem reducitur per ſpiritum ſalis aquæ communis, ſoluitur primò aurum, cum ſufficienti quantitate dicti ſpiritus, ſolutum euapora lento igne, & in fundo calx

*Aurum ſclopetarium.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0241-8 DFG

relinquitur. aurum ſoluitur etiam cum ſpiritu vrinæ hominis, & ſolutum, modo ſupradicto exſiccatur, & in calcem reducitur. Rurſus ſoluitur aurum cum oleo ſeù liquore antimonij, & poſtmodum in pulcherrimum vitrum euadit, cuius vires iam maximæ ſunt. hoc denuo vitrum in calcem facillimè vertitur, atq; ab ea tincturam proprio diſſoluente extrahere poteris. In calcem tandem vertitur aurum cum *ſpiritu ſalis aquæ putealis*, qui ſpiritus valde eſt affinis *ſpiritui ſalis armoniaci*, vires nempè eaſdem obtinens, hinc ſalem armoniacum primum è terra enaſci credendum eſt, atq; his in locis plurimum reperiri. Hinc tribus miliaribus ab hac Ciuitate meridiem verſus è terra queudam ſalis ſpeciem ſponte enaſci comperuimus toto genere ſali armoniaco ſimilem. is certis temporibus proprio impetu dum terra rore quodam madido perfunditur, foras erumpit. ſolum illud huiuſce ſalis copiæ ferax, omnino inutile perpetuo manet, ſiccum, & ſterile, incultum, & horridum. Sunt præterea multæ aliæ calcinationes, quas paſſim chymicorum in libris offendes, nos præſentibus contenti ſumus. adderem varias ſolutiones, item infinitas alias auri præparationes, tam præcipitationes, quam ſublimationes. varia deniq; ex eo compoſita medicamenta. pariter ſolutiones complures, Mercurij extractiones, & alia inumera; ve-

ra; ve-

ra; veru nobis iſthæc non parũ ſuſpecta ſunt, demũ rhapſodos æmulari nobis nõ eſt conſiliũ. proprio labore parta tradimus, *aliena*, & *incomperta* omittimus, vti, & *inutilia veluti* arborẽ *hermetis*, ab alijs arborẽ aureã dictã, quò in loco poſſem connotare nouam cuiuſdam chymici antichymici pręparationem à ſe germinationem dictam, ſed futiles eiuſmodi præparationes malo remittere ad eiuſdem fabuloſam ex auro, & argento *Mercurij* extractionem quoad palam edoceat ſuum aurum putabile. conſimiles cognoſcimus, qui multum de arte pollicentur, & eam vix à limine ſalutarunt vnquam. quid me hercle aurum potabile in votis habere? & minimis morbis ne tantillum opis afferre? artis magiſtros conuellere, & inſcitiæ atque ſupinæ ignorantiæ incuſare? nonne eſt audax, & temerarium facinus, & horum ni *pollicitationibus* veritas promptæ innoteſcat, non modo calumniatores verum, & inſignes mendaces, & garruli impoſtores apud probos meritò cenſebuntur.

## *De Argento.*

ARgentum chymicis Luna, græcis, ἄργυρον, hebræis cheſeph quaſi amabile à chaſaph amare. proximè ad auri naturam accedit, vires etiam auro valde affines obtinet. errant tamen

men illi, qui putant eiuſdem eſſe ſpeciei, & ſolo colore differre. qui vtriuſque viuam anatomiam perſpexerit, norit, & vtriuſq; maximam differentiam, quod dictum ſit propter quoſdam chryſopœos vanis opinionibus plus iuſto inhęrentes. Arabes pariter argentum vt aurum cardiacis medicamentis primi immiſcuerunt; hinc foliorum argenti vſus, adhuc in officinis retinetur, qua in re craſſam adhuc vigere *medicamentorum præparationem ſatis mirari non poſſum, ſumpſerunt* omnes artes ſummam perfectionem, ſola hæc pars medicinæ inculta manet, quod grauiſſimum piaculum non aliunde oriri mihi perſuadeo, quàm ex nimia garrulitate, qua qui plus pollet, is cæteris longè doctior præfertur. nonne hac tempeſtate, videmus medicos ad diſputandum longe paratiores, quam ad bene medendum, non fit ex opere, ſed ex loquacitate Medici electio, ſed ſimiles habeant labra lactucas, nos meliori opinione imbuti, operantem Medicum requirimus, non *auditu ſolum*, ſed & proprio labore inſtructum. reiecto quippe *craſſo* illo foliorum auri, & *argenti* vſu, eorum *diſſolutionem* apprimè *docemus*.

Et quia vt de auro *diximus* calcinatio ſemper præcedere debet. *Calcinatio* argenti à calcinatione auri *non differt*, licet longe faciliùs id in calcem vertatur, quam aurum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0244-5

Et ſicuti aurum duplici modo calcinatur, ita & argentum vtpote cum Mercurio, & cum aqua forti. cum Mercurio eo quo diximus modo de auro. cum aquis fortibus modo etiam non diſſimili, excepto quòd ſola aqua forti abſq; ſale armoniaco probè calcinetur, calcinatione, inquam communi non philoſophica. Et quemadmodum aurum in aqua regia ſolutum per ſalem tartari ſeù oleum tartari repercutitur, Ita & argentum in ſimplici aqua forti ſolutum, cum aqua ſalſa præcipitatur. puluere albiſsimo cum aqua fontana pluries edulcorato vtuntur nonnulli pro vera calcinatione, licet iterum eiuſmodi puluis in argentum reuertatur. dictus puluis intra exhibitus ventrem ſoluit, ventriculo pergrauis eſt, vermes enecat, & hydropicorum aquas educit. Ex hoc puluere norunt pſeudochymici quidam plumbum in argentum fallere, qua in ſpectores credunt Saturnum in Lunam fuiſſe mutatum, adhoc deraſum, & limatum plumbum accipiunt, cui prædictum argenti puluerem addunt, & igni ad mota, puluis in argentum vertitur, & plumbum in puluerem cineritium argenti pulueri ſimilem. qui non norunt argenti puluerem, atq; exiſtimant aliud eſſe ab argento, facillimè illaqueantur. idem cum Luna cornea efficiunt, vt optime animaduertit Crollius. ab hoc præcipitato argento, cum aceto ſtillatitio fiunt

Chri-

Criſtalli argenti, qui denuò in liquorem oleaginem euadunt, pelluntur, & per retortam à quibus inſignis ſpiritus argenti educitur. hæc calx denuo cum duplici pondere ſalis communis minutiſsimè trita, & mixta, atque quatuor horas tantum in furno venti detinetur, ſubtiliſsima, & perfectiſsima efficitur ad tincturam eliciendam.

Alia tamen calcinatio, nobis nota eſt, longè melior, & facilior, fitque cum quadruplici pondere aquæ ſiccæ vt de auro diximus. perficitur dicta calcinatio intra tres vel quatuor horas filijs artis, veris, non putatitijs ſatis nota eſt, ideo propter pſeudo chymicos apertius non eſt dicenda calcinatio in auro non ſæpe vnica vice abſoluitur, in argento contra, quod non ſit adeo tenax, & compactum. hac via metallorum corpora adaperiuntur, & in his inuenies quodcumq; volueris: nam ſic adaperta quocumque liquore potabili diſſolueres poteris, nec adhoc opus eſt aqua vitæ alchaliſata, aut alio fortiori diſſoluente, ſimplici aqua cõmuni diſſoluũtur, & poſtea vlterius progredi poteris. Scio virum Illuſtriſsimum in cuius gratiam hæc ſcripta ſunt, grauiter ferre ſi tantum arcanum omnibus patefacerem. qui hanc ergo diſſoluendi methodum nactus fuerit, intelliget quo pacto argentum in quintam eſſentiam adduci poſſit, item oleum, & Balſamum.

Cal-

Calcinatio, quæ fit cum ſulphure non omnino reprobanda venit, hac enim calcinatione ſi rite inſtituta, Lunæ corpus aperitur, licet non adeo perfectè: fit vero dicta calcinatio cum duplo ſulphuris triti, argentum prius cupellatum, & in bracteolas reductum, in crucibulo ſtratificando lamellas argenti cum ſulphure, atque tum igni ſuppoſito crucibulo flagrat ſulphur totum, & in auras abit, repetitur iſthæc operatio bis, & ter, donec Luna perfectè ſit calcinata.

Calx eiuſmodi aceto ſtillatitio in vitriolum vertitur, à quo poſtmodum eſſentiam ſ. oleum, liquorem, & ſimilia elicere poteris. de quibus, vſus, vires, & facultates omnibus innoteſcit.

*Præterea ex argento liquor argenteus ad multa vtilis*, hunc in modum paratur citra ponderis ipſius Lunæ iacturam, ad hoc Lunam in foliola redactam accipimus, eamq; aqua forti diſſoluimus, diſſolutam lento igne tertiam partē euaporamus, ſicque in ſcutella vitrea lata eam in ſecreto loco reponimus, ibi intra 24. horas cuticula argentea ſuperficiei inducitur, quam in alio vaſe ſeorſum ſeruabis, hæc operatio toties repetenda venit, quoties eiuſmodi cuticula apparebit, demum iſtæ cuticulæ in cella vinaria repoſitæ in liquorem facillime abeunt, vaſe ad id parum reclinato. ferunt quidam vniones fictitias eo liquore illitas colorem

natiuum adipiſci; duritiem vero certo liquore mercurialem contrahere.

Argentum tandem varijs liquoribus diſſolui poteſt; pro vſus varietate, promptiſſimè ſoluitur cum ſimplici ſpiritu ſalis nitri, huiuſce vero ſpiritus ſalis præparationem ſupra docuimus.

*Germinatio metallorum notatur.*

Quod ad præparationem illam falsò germinationem dictam ſpectat, puto omnino eam nullius eſſe frugi, & quamquam eius artifex incuſet magnum illum Germanum hermeticorum non infimum ignorantiæ, & inſcitiæ; mirum non eſt, quia ſic ſolet omnes bonos authores protrahere.

Iuuenum mos eſt, multa ſibi credere. Laudari poſtmodum ab illaudato non magna laus eſt, mercurius ob fugam caloris ſecum trahit amica metalla quod potiùs ſublimatio quam germinatio dicenda eſt. potiori ratione arbor hermetica in humido nata nuncupanda eſſet germinatio, ſed tricis his miſſis ad ſeria deueniendum.

*Vſus.*

Vſus argenti liquoris, ſalis, 5 eſſentiæ, calcis veræ, multiplex eſt; pro varietate affectuum, eorum magnitudine, temporis conditione, & infirmorum natura. quæ omnia probo, & erudito Medico facilè nota ſunt.

*Vires.*

Vires maximè ſunt aduerſus capitis morbos, epilepſiam, apoplexiam, vertiginem, imbellicitatem cerebri; valent, & ad oculorum morbos.

Quan-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0248-8

Quantitas per exigua eſſe debet, ni morbi magnitudo maiorem repoſcat. Quãtitas

Tempus exhibẽdi erit, vt de alijs alterantibus, quæ omnibus horis præbere poſſumus; etiam intra cibos. Tempus.

Rurſus lubens prætereo methodum conficiendi Mercurium ex metallis, ex argento præſertim, & auro eo quod in his plus opinionis quàm veritatis comperimus, ſi tempus contrarium indicauerit, ſententiam mutare non recuſo.

*De Aere.*

VT Luna in ſuperioribus maximam cum Venere affinitatem habet, ita argentum in inferioribus cum ære. ſic etiam, & Venus cœleſtis ſymbolum obtinet cum benè compoſitis, ita noſtra terreſtris cum perfectis metallis, ex lapidibus, cum berillo, qui geſtantem reddit alacrem, diuitem, magnificum, ad vnionem coniugalemq; amorem aptiſſimum. fauet mulieribus prægnãtibus, ne earũ cõtaminetur partus & aqua in qua iacet, ſuſpitia tollit, & cunctas infirmitates hepatis. Smaragdus inſuper eidem reſpondet. Ex plantis roſa, mirthus, thimus, laudanum, ambra, & cætera benè olentia. Ex animalibus columba,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0249-7

turtur, paſſer, vt quæ in purgatione lepræ, iubente lege, conſuetum eſſet offeri, vt quæ etiam proficua ſint venereis.

Eius vſus antiquitus fuit ante argentum, ac penè etiam ante aurum, referente Plinio lib. 24. hinc ære ſignatis, primò vſum fuiſſe Pop. Rom. vnde à rege nunc à collegio tertio fabrum ærariorum inſtituto.

*Virtutes etiam, & eius facultates ab omni æuo nobis innotuerunt. Vetuſtiſsimus Hippocrat.* multa ab eo profecta remedia multis morbis præſcribit, tā intrinſecis. quā extrinſecis li. de victus rat. in acutis ad hydropē eius ſquamā. eādē in Pleuritide lib. de morbis, & alibi. ſtomachum inquit ſubuertere, aluum laxare, & hydropicorum aquas educere. quid demum? referente Langio, de nullo metallorum ſalubrior ſpirat aura, quam de ære ex chalcitide confecto, qui viridi ærugine quoque ſcatet. de quo clauus, ſuillæ, aut ceruorum carnibus infixus, eas à putredine illibatas, & ſua ſtiptica exſiccandi potentia diu conſeruat: quod hi quoque foſſores, qui in ſcaptenſulis græcis χαλκορυχίοις dictis chalcitidē cum ærugine ſcrutantur, fatētur.

Galenus multis in locis, eius vſum in extrinſecis morbis multum commendat, in intrinſecis liberè fatetur de eo atque de aliis mineralibus periculum nullum feciſſe, vt qui in his non eſſet val-

de

de eruditus: de hydrargiro, quem non eſſe deſpontè naſcentibus dicit, manifeſtè denotat poſteriores græci nec eius *intrinſecum* vſum commemorant. ad vlcera verò ſuis vnguentis, & emplaſtris ſæpius immiſcebat. ęris ſquamam, eius æruginem, florem, & vſtum. Medici vero chymica arte edocti *alias præparationes* his longe præſtantiores agnoſcunt, *ex quibus hęc paucula frequenter* experimur.

Vitriolum æris pluribus modis fit, præſtantiſſimum omnium hunc in modum, laminatum ærem cum duplici pondere ſulphuris igne aperto in vaſe terreo bis calcinamus, hoc eſt vbi iam ſemel calcinatum fuerit, iterum ſecunda vice calcinatur cũ eadem ſulphuris quantitate, quod fit ſtratificando lamellas, & ab his parum tuſis cum aqua communi facillimè vitriolum abſtrahitur, infuſionibus nonnullis ad hoc præmiſſis, & dictas infuſiones ſenſim euaporando, quoad coagulationis ſigna apparuerint. hanc methodum pulcherrimè docet in ſua Baſilica chymica Crollius, & poſt eum Beguinus. in ſuo Tyrocinio. à fœcibus iterum calcinatis nouum educitur vitriolum æs tandem totum in vitriolum vertitur.

*Alio*

*Alio modo.*

VItriolum Veneris fit ex ære in viride verſo vel cum racemis vuarum tempore vindemiarum, quod in Monſpelienſi agro paſſim fit, vel cum aceto ſolo. quod vero fit cum ſale, & tartaro adhoc ineptum eſt. ab iſto viride æris cum aqua communi eo quo ſupra diximus modo vitriolum extrahitur.

*Alio modo.*

CAlcinatur æs cum quadruplo ſalis ſulphurei, poſtmodum cum aceto deſtillato tinctura extrahitur, ſale prius cum aqua communi ſemoto. concreſcit in lapillos modo quo ſuprà dixi, humiditate ſufficienti per euaporationē antea ſublata. ad eiuſmodi præparationem requiritur primum vt ęs probè teratur, & ſali per minima rite commiſceatur, ac demum violentiſſimo ignę calcinetur in crucibulo vel alio vaſe adhoc accomodato.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0252-0

*Alio modo.*

CVm aqua forti ex ſale nitro, & alumine vſto facta, ſoluitur æs; per euaporationem humiditatis aliqua portione ſublata, vas in loco frigido reponitur, & in eo concreſcunt lapilli pulcherrimi.

*Alio modo.*

CVm ære tandem per ſe igne vehementiſsimo calcinato, quod fit per tres vel quatuor dies, modo iam dicto vitriolum fit pulcherrimum.

*Oleum Veneris.*

EX Vitriolo veneris oleum rubicundiſsimum elicitur per retortam, modo, quo educitur oleum vitrioli communis. hic liquor à Th. Parac. dicitur acetoſus eſurinus. cuius vſus eſt mirabilis in affectibus renum. & veſicæ, item in vterinis affectibus. ventriculum etiam haud parum roborat, caput etiam, & alias partes ventriculo condolentes pro quo accipiendum venit vitriolũ Veneris ſine corroſiuis factum vſus eius eſt duorũ vel trium guttarum cum iuſculo carnis, cum ali-

qua

qua conſerua mane, & ſero. pollet, & alijs viribus de quibus apud Th. Parac. lib. de tartaro de vita longa, & apud Crollium in ſua baſilica Chymica. Cautiones circa eius vſum à dicto Crollio poſitæ non ſunt adeo certæ, vt forte ipſe exiſtimat. bilem ſi quidem haud parum coercet, & inflamationes ab ea concitatas facilè compeſcit. dandum eſt ſemper cum quantitate ſufficienti humiditatis. *actu eius aciditas vellicat ꝓpinquiores partes quas actu tangit. In intrinſeco apoſtemate equidem* eius vſum non admitterem, vbi emollientia, ibi incidentie non ſunt adhibenda.

Vitrioli vſus abſq; alia præparatione iam valdè vtilis eſt, in cachexia id pluries experti ſumus. Vētriculo prodeſt, inapetentiam corrigit, fluores genitalium tam hominum quàm mulierum ſiſtit. viſcerum obſtructiones reſerat. ſed apprimè videndum quibus conueniat, & quibus obſit, quod non ſolo temperamentum criterio aſſequemur, verum alijs ſignis, de quibus fortè in peculiari methodo medendo noſtra.

*Veneris tinctura.*

IStud Vitriolum, Veneris tincturam continet, ideo, ab eo tinctura elicienda venit. Itaque cœruleum tuum vitriolum cum aceto deſtillato

lato

lato pluries ſolue, & coagula, paratum ſic Vitriolum retortæ luto firmiter munitæ indatur, atque igne per gradus exhibitio, phlegma, & ſpiritum abſtrahe. fœces cum aceto deſtillato iterum ſolue, à qua ſolutione per coagulationem nouum elicies vitriolum, hoc autem ſpiritui miſce diligenter, & cum vini lento calore, vt fimo equino ſpiritu, infuſione trium vel quatuor dierum præmiſſa, tincturam pulcherrimam elicies. In Epilepticis morbis, vertigine, apoplexia, & alijs grauiſsimis morbis capitis mirificè confert hæc præcipua ſunt medicamenta ex cupro educta, quibus intrinſece vtimur ea verò, quæ extrinſecus vſurpamus cum cæteris nota ſunt. calcinatum bis cum ſulphure, ſi aqua communi pluries lauetur magnam partem ſuæ acrimoniæ amittit, fitq; præſtantiſsimum medicamentum pro laxis, & putridis vlceribus ſanandis. ærugo æris pariter lota ſuam quoque amittit acrimoniam. ſed hæc trita ſunt, vti, & ſquamma, flos, crocus, & ſimilia. Pompholix, tuthia adhoc etiam pertinet, cuius præparatio ſatis nota eſt in officinis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0255-7

## *De Ferro.*

FErrum metallorum omnium vtiliſsimum, optimum vitæ, peſsimumq; necis inſtrumentum, & inquit Plin. hoc tellurem ſcindimus, ſerimus arbuſta, ponimus pomaria, vires ſqualore deciſo annis omnibus cogimus iuueneſcere. *hoc extruimus tecta cædimus ſaxa*, omneſque ad alios vſus ferro vtimur. Sed eodem ad bella, cædes, latrocinia, non cominus ſolum, ſed etiam miſſili, volucrique; nunc tormentis excuſſo, nunc lacertis, nunc vero pennato, & alijs recenter in perniciem hominum inuentis. Grecè Σιδηρος, ἀ σίζω, ſtrideo. Hebraicè, barzel ferrum, & chalibs eiuſdem ſunt generis, vnum altero magis defœcatum. chalibs ſic naturaliter è terræ viſceribus elicitur, arte etiam ferrum in chabilem excoquitur, cuius methodum hic animi cauſa annectere placet. Iraque ferrum accipe in virgulas, vel lamellas digiti maioris craſſitudinis adductũ, virgulæ vel ſint rotundæ vel quadratæ parum refert; has ſtratifica in vaſe terreo oblongo, & capaci cum duabus partibus pulu. carbonis ſalicis, aut fagi, & vna parte raſuræ cornu bouis, vas vndiq; luto probè muniatur, idque per 4. vel 6. horas pro quantitate ipſius chalibis in furno venti cum arden-

*Vt ferrũ in chalibem vertetur.*

den-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0256-2

dentiſsimo igne excoquatur. exacto tempore, & refrigerato vaſe, chalibem inuenies perfectiſsimum. quod ſi artifex emolumentum maius ab hoc opere percupiat, pro lamellis, & virgulis, inſtrumenta cuiuſcumq; generis, gladios, enſes, & alia ex ferro ſimpliciter conficere poterit, eaque hoc artificio in chalibem adducere. medicamenta, quæ ex eo paramus ſunt potiſsimum Crocus Martis, vitriolum, oleum, &c.

Crocus Martis nobis maximè arridet ſi ſolo igne abſque vlla mixtione conficiatur. fit verò per ſimplicem ignis vehementiam in reuerberatorio per 8. vel 10. dies, crucibulo probè coperto, & luto bene munito, quod opus artificio caret, in hac operatione volatilis pars metalli recedit, & fixa manet, quæ maximè optabilis eſt. *1 Crocus Martis.*

Ferrum facillimè in rubiginem vertitur, quæ ſi in reuerberatorio per aliquot horas detineatur, in optimum crocum euadit.

Limatura chalibis vel ferri ſubtiliſsima intra paucos dies in crocum vertitur, ſi diebus canicularibus, ſolis radijs, ea communi aqua prius irrorata, exponatur. hæc, in maſſam compingitur, ac denuo ſimplici aqua madefacta radijs ſolaribus per duos vel tres dies relinquitur. dicta operatio ſi ter, & quater reiteretur, crocus fit pulchrior, & nobilior vas adhoc requiritur ex terra vitriata. mirabile

dictu quantum dictum vas incaleat.

Calcinatur ferrum, & cum ſulphure, & cum ſale, at meliùs cum ſulphure, ad quod duplicem ſulphuris portionem aſſumimus, & vnam ferri limati, dato igne flagrat ſulphur totum, & in vaſe terreo remanet calcinatum ferrum, quod ſecunda vice iterum calcinatur eadem portione ſulphuris ſeruata, baculo ferreo ſubfine moue ne quicquam de ſulphure remaneat.

*Eiuſmodi calcinatum ferrum ſuper lapidem* porphiritem in tenuiſſimum polinem factum, euadit in crocum pulcherrimum, ſola aqua communi irroratur, & in fine in paſtillos compingitur.

Crocus Martis. Crocus Martis fit etiam cum aqua forti, eius limaturam in ea diſſoluendo, diſſolutum à fœcibus abſtrahendo, atq; tum extractum per euaporationem exſiccando. quantitas ſit vtriuſq; pro ratione efficaciæ aquæ fortis.

Crocus Martis. Item cum oleo vitrioli, ſulphuris, & ſimilibus liquoribus acidi parare vnuſquiſque *poterit* Crocum Martis, qui cum his, corroſiuis *parant*ur rarò in vſum medicinæ veniunt, *niprius* valida lotione præmiſſa:

Crocus Martis. Crocum tandem nobiliſſimum omnium paramus cum Mercurio, cuius operationem ſatis apertè diximus cum de Mercurij præparationibus ageremus.

Ex

Ex croco ferri varia componimus remedia quibus paſſim vtimur. communia ſunt rotulæ, pilulæ, & electuaria. minus vſitata ſunt vitriolum, oleum & balſamum. rotulæ fiunt cum drac. *j*. croci, & vnc. *j*. ſacchari in electuarum ſolidum cocti. his ſæpe immiſcemus macerem, cinamomum, galang. gariofill. aut ſimilia ſcopo noſtro accomodata. Pilulas etiam compingimus cum aloe lota, & purgata, mirrha, croco, nuce moſcat. maſtiche, ammoniaco, ſcāmonea, rhabarbaro. & alijs pro tempore, & infirmorum opportunitate. *Croci Martis compoſita.*

Electuaria item componi curamus pro ægrorum natura morbi conditione, & temporis occaſione. nunc cum conſeruis aliquot, cum opiatis, mithridato, theriaca, & ſimilibus pro ſingula vncia ſeſquidrachmam, & drachmas duas croci commiſcemus. Et de Electuario drac. ij & drac. iij. damus ſingula die mane 4. & 5. horis ante cibum.

De rotulis eadem ferè eſt doſis, pilulæ pro ratione compoſitionis exhibentur. Vires croci ſunt multiplices, obſtructiones viſcerum reſerat, icteritię medetur, lienem pręter naturam auctum imminuit, mulierem menſes mouet, ventriculum laxum roborat, fluores alui, & vteri ſiſtit.

Hæc omnia feliciùs prę̨ſtat vitriolum ex eo paratum, eius liquor, & balſamum.

Vitriolum Martis ex omni ferro quoquo pacto *Vitriolū martis.*

cal-

calcinato educitur. id vero, quod cum ſulphure calcinatur, per opportunum eſt, & maximè in medicinæ vſu. id ipſum paramus, vt docet Crollius in ſua baſilica Chymica, cum aqua communi nimirum, eam calcinato ferro affundendo ad iuſtam quantitatem, ebullitione leui facta, & refrigerata, colatam euapora donec quaſi cruſtam acquirat aqua, vaſe in loco frigido repoſito concreſcent *lapilli viridis coloris: à fœcibus iterum calcinatis ſimile eadem via educes vitriolum*; *calcinationem* procuramus ſemper cum duplici quantitate ſulphuris.

Oleum, liquor, & balſamum martis ex hoc præparato vitriolo elicimus. nec interea me latet aliam ab alijs traditam eſſe viam; hanc tamen eſſe veram, & legitimam minimè inficior. eiuſmodi liquor; verum eſt, Theoph. Par. acetoſum eſurinum, de quo miranda prædicat in lib. de vita longa, & in lib. de tartaro. hoc labentem, feſſumque ventriculum ſubleuat, multis morbis à vulgo medicorum incurabilibus habitis medetur, alia deniq; in arte miranda præſtat. guttulæ tres vel quatuor cum quouis liquore exhibentur. eiuſcemodi liquor, vera eſt chalibis *potabilis* præparatio, Medicis ordinarijs communibus, & plebeis ignota: iſtius loco, acetum à ferri infuſione extractum accipiunt, qua in re ſuam inſcitiam, & ignorantiam

pro-

produnt ſub rubra tinctura quam in hoc fuſo chalibe putatitio conſpiciunt, non à chalibe, ſed ab alio extraneo contractam exiſtiment.

*De Stanno.*

STannum, quod & plumbum album nuncupant Chymici Iouem. *Græcis dicitur* κασσιτερος, & κασσιτέρος, *Hebræis etiam Bedil* alterum alteri alludens, quaſi menſura diuidens. Eſt hoc metallum naturæ amicum, vt quotidiano vſu comprobamus Saturno ſeu plumbo longè pręſtantius, atq; materia eius à plumbi materia valde nobilior, hinc, & ab eodem plumbo toto cœlo diſcrepat. *Et vt à ſuperioribus* exordiar *benefico ioui* potiſsimum quadrat *ipſum ſtannum, aeri etiam* conuenit. Et, vt cuncta calida, & humida, dulcia, & odorata: ſanguis quoq;, & omnia ad nutrimentum, & augmentum comparata; ſic ſapores, & colores quique optimi Ioui ſuccenturiunt, rurſus cum ſtanno ioue noſtro terreſtri *ſympathiam* nacti ſunt, Ex lapidibus cryſtallus, ſaphyrus, aliqui albi & virentes. habet, & concentum cum nõnullis arboribus, cum oliua, quercu, lauro, & ali js. mitto breuitate multa *alia cumplura cum* quibus naturalem quandam habet propenſionem.

Noſter vero terreſtris muliebri ſexui valdè cõ-

uenit,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0261-9

uenit, quod multi conſtat experientijs, & maximè partibus generationibus dicatis. mirum eſt, qua virtute polleat in roborandis pulmonibus iecore, & alijs partibus naturalibus. quæ vero cum Saturno harmonizant, atque cum eo delitiantur, ab his diuerſa ſunt, vt inſequenti dicemus. vires etiam ipſius ſtamni inter vtrumque diſcrimen affert. excalefacit, aperit roborat, & alia præſtat plumbo haud propria. *In tribus potiſſimum celebratur à Theop. Par. lib de præparat. in icteritia, in* Aſcite, & in vermibus.

*Præparatio in icteritia ſic habetur. &c.*

℞. Stamni *calcinati* lib. j.

Salis communis vnc. v. cineris fabarum lib. ſ. reduc in lythargirium per ignem reuerberationis. Huius lythargirij Rec. vnc. x. alchool vini *li. ſ poſt* reſolutionem reduc in alchali. doſis à *g. vj.* ad g x. & xij.

*Præparatio in Aſcite.*

℞. *ſtamni purgati vnc. j.* Antimonij vnc. ij limaturæ cineti ad pondus omnium. reduc in calcem per reuerberationem, horas 24. deinde.

℞. hu-

℞. huius calcinatæ materiæ lib. j.
alchool vini li. j. s. reduc in alchali doſis à drac. j. ad drac. j. s.

*Præparatio in vermibus.*

℞. *Stanni vnc. ii j. ſalis* communis *vnc. iii j. Aſphalti vnc. j. fiat puluis cum aduſtione doſis* à drac. s. *vſque* ad *drac ii j.*

Eiuſdem pręparationes Th. Parac intentionem in edocendis præparationibus manifeſtè detegũt. ex vna parte res patefacit ex altera eaſdem abſcōdit. Sic ne ſuis æmulis Apollinis Orgia citra puluerem tradat. filijs vero artis iſthæc ſatis nota *duxit.*

*Crollius in S. Baſil. Chymica.* ſalem iouis in ſtrangulatu vteri præparat. cuius doſis inquit, eſt trium, & 4. granorum in aurora cum aqua arthemiſiæ vel aquis cordialibus.

Quercetanus exiſtimat ſtanni vſum in medicina eſſe nullum, nos contra, vt experientijs nobis notum eſt, eius neceſſitatem, & vſum ſatis celebrare non poſſumus. ex eo componimus medicamentum egregium quod nulli alteri ſatis æquiparare poſſum, ſit verò eiuſmodi medicamentum ex tribus. Venere, Ioue, & Saturno Philoſophico. hæc tria primum ex arte calinamus; Vene-

rem bis cum duplo ſulphuris, Iouem cum duplo ſalis hermaphroditici. Saturnum Philoſop. pro quo accipe marcaſitam ſaturninam cum eodem ſale ad quadruplum. hæc tria probè calcinata ad ęqualem proportionem commiſcemus, mixturam denuo cum duplo ſalis excoquimus, ſale, aqua communi pluries reaffuſa, remoto, & puluere reſiccato, in vrinali vitreo ſub fimo equino ad octo dies recondimus puluerem cum ſufficienti q. ſpiritus vini, hoc pluries reiteratur, & tandem debita euaporatione facta, colligitur ſal quidam balſamicus ſubdulcis cum quadam auſteritate, cuius vires, inperſcrutabiles cenſeo. ad hydropem mirificè conducit, cachexiam perfectè tollit, viſcerum duritiẽ emollit, mulierum menſes mouet, ventriculum roborat, & inappetentiam corrigit.

*Calx Iouis.* Calcem Iouis non rarò vſurpamus cum conſerua aliqua, ſed eiuſmodi calcem paramus cum duplici pondere ſalis hermaphroditici, adeo vt coctio quædam ſpecies ſit.

*Flores Iouis.* Flores eiuſdem, cum eodẽ ſale facilè paramus, adhoc accipimus vnam partem ſtanni in nigrum puluerem adducti, & duas partes ſalis; commixta hęc ſenſim proijcimus in vas candens ferreum alẽbici ad inſtar cum vrinali, & capitello. capitellum habeat in ſummitate foramen rotundum per quod inijciatur mixtura, & confeſtim obturari

rari

rari poſſit cum pila ferrea.

Salem, oleum, ſpiritum, ab his floribus elicere poſſumus, cum *aceto deſtillato, modo ſupradicto*. Ex ſtanno *liquorem diaphoreticum ſubdulcem* cum Mercurio paramus, cuius parandi methodum *in cap.* de Mercurio explicauimus.

## *De Saturno ſeu Plumbo.*

PLumbum, quod Saturni nomine indigitatur apud Chymicos, à ſtanno toto genere differe exiſtimo, quamuis alterum album, alterum nigrum cum Plinio, à pleriſq; vocetur, Græcè Μόλιβδον, Hebraicè gopheret quaſi puluis, eſt.n. *à nomine gaphar quod eſt puluis*, & *terra, ſic dictum*, quod *multum terræ contineat, aut quod metalla in cinerem, & puluerem redigat*. Sicut cum Ioue *ſtannum* ita cum Saturno plumbum mirabilem *ſympathiam* trahit, atq; cum multis aliis, quæ Saturno conuenire traduntur, vt nigra quæq; terrea, ſapores, & odores tetri, & fœtidi, amari, & inſuaues. Ex plantis, *ipſi reſpondet rutha*, ciminũ, helleborus, papauer, mandragora, hyoſcyamus, aſſa fætida, &c. ex animalibus, ſus, Chamælus, Simia, Vrſa, Catus, Mulus, *Aſinus*, Pauo, Struthio, *Grues*; ex Serpentibus, Scorpiones, & reptantia *in terris* in aquis, & ruinis murorum, aut tectorum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0265-2 DFG

vt mures, Formicæ, & vermes. Multiplices præſidet inſuper Saturnus autumno, & hyemi, ventis fortioribus, & grauibus, ſic, & locis ſubterraneis, & ſolitarijs, piſcinis quoque ſtagnis paludibus, & locis horrendis; ſed his omiſſis ad eius medicamenta properandum. Sunt vero medicamenta ex plũbo multiplicia tam communia quàm chymica, communia ſunt iterum compoſita, & ſimplicia, ſimplicia ſunt, *ceruſa, minium, lythargirium, plumbum vſtum, ſimatura, &c.*

Compoſita ſunt penè innumera, nam tot cerata, ſeu proprius emplaſtra ex eo componuntur, vt emplaſtrum diacalciteos, quod falsò diapalma nũcupant, empl. de ceruſa, empl. de minio, empl. diachil. & paruum, & ireatum, & magnum. empl. triapharmacum. Quid? vix vllum extat emplaſtrum, quod non habeat lythargirium, vel ceruſam, vel minium probaſi. Ex vnguentis etiam multa ſunt, vt de ceruſa, de lythargirio de tuthia, & pleraq; alia. Chymicomedica ſunt *balſamus*, ſpiritus, & ſulphur, quæ calcinatio *præcedit*, ad hæc alia complura quotidiè *accedunt*, tàm ſimplicia, quàm compoſita, vt *ſuccus ſaturni* in aceto excoctus, &c.

*Puluis Mercurij cum Saturno*, variæ inſuper calcinationes, diſſolutiones, & mixtiones. Quod ad balſamum ſpectat extrahitur ipſe, vel ex calcina-

cinato plumbo, vel ex ceruſa, vel ex minio, vel ex quouis alio calcinato, cum aceto diſtillato, vel quouis alio liquore acido, modo quo de ſale ſtanni eliciẽdo diximus. nos ſic ipſum parare ſolemus, accipimus calcinatum plumbum ad quatuor vel quinque libras, ipſi tum addimus aceti quantum quatuor digitos ſupereminéat, hoc fit in boccia vitrea, quã mox in loco calido ſiuè fimo ſiuè alio per octo dies recondimus, acetum poſtmodum per inclinationem abſtrahitur, & ſeorſum ſeruatur; ſuper dicto calcinato plumbo nouum reaffunditur acetum, totidemq́; diebus ſepelitur in fimo; boccia, atquè ſi voles, quod meliùs ſingulis diebus moueatur leuiter, abſtrahe acetum vt priùs, & nouum iterum reaffunde, ſic quinquies, & ſexies dicta infuſio repetatur, has omnes infuſiones per alembicum vitreum abſtrahe, & in fundo remanebit ſal, ſeù balſamus plumbi. Th. Paraς. eundem balſamum deſcribit in S. Chyrurg. Mai. Tom. 2. de vlceribus, & puſtul. morbi Gallici, lib. x. cuius verba placet hic annectere, vt ipſemet ſuam præparationem patefaciat. *Plumbi balſamus* inquit, qui cum aceto ex ipſius cineribus per deſtillationem extrahitur, corpus autem illud vbi exaltatum fuerit per reuerberationem in minium redigi debet, vel per aquam ſerpentinę pictę in ceruſsam reduci. Et tribus iſtis experimentis

origi-

originem ducunt curationes vlcerum depaſcentium, phagedenarum, ac ignis perſici: verùm ex deprauata horum trium remediorum plumbaginis, minij, ceruſæ (quæ ſecreta remedia in his affectibus putantur) præparatione, plurimi errores à pſeudo medicis committuntur, vnde magnum plumbo conuitium conciliatum fuit. hucuſque ille, in quo liceat iterum eius loquendi formulam *connotare, corticem ſi ſpectes balſamum minimè conficies, equidem poſt dicti balſami extractionem*, corpus quod in retortæ fundo manet, iterum adducitur in minium, & ceruſam præſtat, & lythargirium aureum, & tandem cum exiguo ſale tartari in vitrum vertitur. Oleum verum aquæ innatans rubicundiſſimum, & fragrantiſsimum ex eius ſale per retortam educimus, ex ſingula libra paulò plus darc. i j. olei habetur.

*Oleum Saturni.*

*Spiritus Satur. facultas, & vires.*

Spiritus Saturni vna cum oleo pellitur, is flammam citiſſimè concipit, nihilominus ventriculum, & artus vehementer refrigerat, pectori nimioperè aduerſatur, & quendam animo mærorem incutit.

*De*

### *De Lapidum, & Gemmarum præparatione.*

LApides tàm communes, quàm pretioſi, gemmæ dicti ob inſignes eorum virtutes ab omni æuo exoptati fuerunt ſemper, nec adhuc eſt tam barbara, & inculta gens, quæ non eorum præſtantiæ, & pulchritudinis detineatur admiratione. Et ſanè gemmę nulla ex parte naturæ maieſtas mirabilior. quid non tantę varietati, coloribus, materiæ duritiei, decori, gratiæ, & venuſtati debetur? vt interim eorum dotes, & occultas facultates prætercam. Gemmarum ortus eſt plane cognitu difficilis, vti materia, ex quibus à natura primùm producta. Sint ne ex aqua puriſsima, frigore nimio in viſceribus terræ denſata, an vero vitrum quoddam genus ex genere metallino per nimium calorem productum, an puriſſima alia materia, ſpiritu lapidifico compacta, & eam in formam lapideam adducta, demum ſulphure, & Mercurio puriſsimo, an ex puriſsima elementorum materia, parum refert, dummodo earum vires firmiter teneamus; Cum metallis, & viciſſim cum planetis, item cum præcipuis corporis noſtri membris, ac cum plantis gemmas ſympathiam habere nonnulli demonſtrant. Vt enim fului, & rubri



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0269-8

igneo colore micantes ſoli, & auro, ita, & cordi conueniunt, plantis item aureis floribus decoratis. Virides Veneri, cupro, & renibus, ſic & plurimis plantis. de cæteris eandem ferunt ſententiam. his vero miſſis ad inſtitutum redeo. Lapidum, & gemmarum præparatio, & vſus planè recens eſt, & ante Arabes nullum reperio, qui de his quicquam ſcripſerit, apud Hippocratem perpaucorum fit mẽtio, apud Galenum Hipocratem longe inferiorem ætate, lapides haud pauci recenſentũr at quam breuiſſimis ex quibus manifeſtè liquet de his perexiguam habuiſſe cognitionem. Arabes Græcis multo inferiores gemmas primum in pollinem tritas ſuis compoſitionibus immiſcuerunt. quam conſuetudinem ſeruat hodiè vulgus medicorum. at duriſsima illa corpuſcula, etſi tenuiſsima à noſtro calore atteri atq; in actum deduci haud poſſe ſatis liquet, nec noſtros corporis meatus ſubire valent. potabiles quippe, & in liquorem verſas, gemmas vſurpamus, Incipiam à corallis, & vnionibus tamquam ab vſitatiſsimis.

*De Corallis.*

Corallum *vel vt alijs* placet Corallium vt in imò maris incredibili naturæ artificio productum, ita mirabiles ab ea dotes ſortitum

titum eſt. In pelago veluti mollis arbuſculus creſcit, & vegetabili vita viuit, extrà verò naturam lapideam induit, vt non amplius ad vegetabilia, verùm potius ad mineralia reducatur. Tres ſunt huius fruticis lapidei ſpecies, rubrum omnium céſent optimum, album peculiares habere facultates exiſtimant omnes, nigrum rariſſimum, & minùs in vſu receptum. Sunt, & ex his ſtellatum, arriculatum, & poroſum ſub ijſdem ſpeciebus reponenda. Rubrum potiſſimum nobis in vſum venit, quod quidem non nobis ſolum Europeis innoteſcit: verùm & Aſiaticis, & Afris. hinc Turcæ, Indi, & pleræque aliæ nationes barbaræ ipſum integrum collo geſtatum inſignes habere vires conſtanter credunt. In plurimis etiam Europæ locis ad nocturnum timorem, cui pueri, & iuuenes ob cruditates valdè obnoxij ſunt, valere creditur Bononiæ, vbi hæc meditamur, puellæ id collo geſtiunt, tamquàm ornamento, & virginitatis ſigno. Auicenna corallum inter cardiaca repoſuit. Veteres Græci neq; Hyppocr. neq; Gal. eius meminerunt. colligitur hodie in maxima quantitate in mari mediterraneo Barbariam verſus, quò Maſsilienſes id quotannis adeunt piſcatum, ſic id artificij genus appellant, eò quòd retibus ipſum ex imis Oceani viſceribus extrahant, traditur etiam id in Liguſtico mari enaſci; Verùm potiùs Ligures cum



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0271-5

Maſsilienſibus in Barbarico ipſum reperiunt, & indè poſtmodum Genuam aduehunt. Communis eius in medicina vſus eſt, id in pollinem reducere, ipſum priùs calcinando, vel integrum ſuper porphiritem lapidem terendo. Nos vel eius tincturã, vel eius ſalem vſurpamus, ex quibus ſyrupos, & alios liquores componere poſſumus.

*Sal Corallorum.*

Methodus, qua corallorum ſalem præparamus, non eſt à vulgari diuerſa, ea ſolumodò priùs ab omni ſalſedine maris per varias ablutiones repurgamus, ipſa *coralla* probè terendo in mortariolo marmoreo, eaque fortiter exagitando cum piſtillo, & aqua communi, totiès aqua à *corallis* remouetur, quoad omnis fęx receſſerit, quod rubore, nitore, & pulchritudine coloris deprehendes. Exſiccata & minutìm trita in aceto acerrimo diſtillato *diſſolue*, in fimo equino diſſoluuntur varijs *infuſionibus*, hiſq; pluriès *repetitis*. Infuſiones eiuſmodi vrinali vitreo induntur, ac demùm *lento* calore extillantur, & ſic omnis humiditas ferè abſumitur, tunc *reponendum eſt vas in loco* frigido, in cuius fundo ſal concreſcet. eo ſale ſi vti volueris hac correctione eget, ipſi ſuper infundes aquam vitæ optimam



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0272-1

mam, quam ab eo ſale diſtillabis, hacque via aceti vis acida retunditur. putant nonnulli longa hac maceratione in fimo equino dictum ſalem in oleum verti, ſed his, vt multa alia ſua cogitata relinquimus.

### *De tinctura Corallorum.*

INter plurima à pſeudochymicis conficta, hæc corallorum tinctura non eſt ex infimis, omnes corallorum tincturam extrahere norunt, & nemo ipſam vidit vnquam, circumferunt aliquot ſolutiones ſubrubras, eaſque falsò pro dicta tinctura nobis offerunt; ſed quod magis miror viros præſtantiſſimos, eruditiſſimos, & de arte ſpargirica benè meritos de ea præparanda, tàm falsò ſcripſiſſe; horum nominibus vtcumq; parcam, nec nobis eſt animus cum laruis luctari. Parac. eo in genere haud eſt reponendus, quià, quod de ea ſcribit, totum ænigmaticum eſt, atq; eam ſub verborum inuolucris planè occuluit. eas verò, quas Beguinus in ſuo Tyrocinio chymico proponit irritas eſſe, & penitus rei jciendas exiſtimo. Quidam coralla prius calcinanda docent. Quidam ſola trituratione cum aqua communi pluriès affuſa. Quidam cum aqua quercus, iuniperi, & ſimilium. Sunt

& qui putant cum ſpiritu vini longa maceratione præmiſſa, tandem vana ſunt hæc omnia. Quercetanus ad veritatem propriùs accedit, dicens ex ſale ſpiritum, & tincturam elici poſſe, quam quidem methodum manibus proprijs pluriès experti ſumus. Et quia ipſa ex dictorum corallorum ſale per acetum diſtillatum facto elicitur, *dubitare quidem poſſumus, num dictus liquor ex aceto potius, quàm ex corallis procedat; liquor ab aceto maniſeſtè liquet, color verò non ita: etenim ſtillatitium* acetum eiuſcemodi rubeo colore caret. odor ille flagrans itidem ſuſpectus eſſe poteſt, neque immeritò: nam Saturni ſpiritus eodem ferè odore prædi-tus eſt. In vtriuſque ſpiritu idem, color conſpicitur, & eadẽ rubedo. an ex aceti fæcibus, an à corporibus *ſolutis, nec* res certa eſt. in aceto *ſtillatitio quamuis limpidiſſimo* per aliquod temporis ſpatium ſubſidet fæx quædam tenuiſſima, & albiſſima, & nonnunquam per vniuerſam aceti materiam, veluti vrinæ nubecula volitat, *aceti vis omnis, quæ in ſuo ſale volatili reſidet cum ſolutis corporib. manens mixta denuò nouum ſpiritum* fundit, diſtillatione per retortam ritè inſtituta, at is ſpiritus ſapore, colore, & odore corporum ſolutorum præditus eſt, & poſteà is non amplius acidus, ſed æthereus, & planè ſulphureus, flagrans, & cæleſti virtute balſamica donatus. ex quibus mani-

nife-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0274-2
DFG

nifeſtè patet inſignem, & præſtantiſsimum eſſe ſpiritum, grauiſsimorum morborum humido noſtro balſamico *inhærentium domitorem*. hæc verò tinctura ſic fit.

Accipe ſalem ſupradictum varijs ſolutionibus, filtrationibus, & coagulationibus depuratum ad libram vnam, is retortæ luto munitæ indatur, atque blando *igne primum phlegma, ſeu aqua inſipida* proliciatur, aucto igne, & mutato recipiente, ſpiritum ſupradictum excipies cum exigua portiuncula olei veri, ambo fragrantiſsima, & rubicundiſsima.

Huius tincturę, ſeu ſpiritus vis eſt admirabilis in corde exhilârando, cerebro reficiendo, & in alijs, *vti influxionibus capitis, quas ſiſtere credunt.* ſanguinem pariter repurgare *traditur, immoderatos* mulierum menſes reprimere, fluores albos exſiccare, & *alia* miranda præſtare.

Vtendi modum praxis potiùs, quàm littera docebit; nec eſt, vt quis putet ſola librorum lectura in chymicis doctorem euaſurum.

## *De Unionibus.*

VNiones nobilium mulierum *delitiæ*, & ornamentum cōcharum in imò pelagi exiſtētium partum, & genituram credimus,

vnde

vndè & ſemini augendo, nec non & humido primigenio plurimùm cóferre. Hodie ex India orientali, & occidentali aſportantur, quibus in locis arte perforantur omnes: paruæ, Margaritæ: maiores, Vniones appellantur. eas olim Romæ in frequentem, & promiſcuum vſum veniſſe tradit Plinius, Alexandria in ditionem redacta Et Clodium Aeſopi tragædi filium ſingulos vniones conuiuis ad ſorbendum dediſſe. Tradunt eas primùm Arabes medicamentis cardiacis immiſcuiſſe, quos Græci ſequuti, & poſt hos Hermetici. illi, tritas & porphyrite vel alio lapide duro læuigatas, hi verò diſſolutas, & in liquorem verſas, durum enim erat per corporis meatus ſolidiſſima corpuſcula quamuis tenuiſsima permeare, eaque à calore noſtro ſubigi, & atteri, indè defeſſis membris opem ferre.

Parantur modo à corallis haud diſſimili, itaq; vt de corallis ſuprà diximus, eę ſunt primo in mortariolo marmoreo vel porphyrite terendæ, demum in proprio, aptòque diſſoluente per aliquot dies macerandæ. erit autem eiuſmodi diſſoluens, vel ſuccus limonum, vel acetum ſtillatitium. In ſucco limonum citiùs diſſoluuntur, & forte maiori cum vtilitate, diſſoluens ab ijs ſegregatur ipſis affundendo guttatim parum olei tartari, remanent hæ margaritæ in fundo vaſis in ſuccum album ſolutæ, ab hac ſolutione ſuccum limonum affunde per incli-

clinationem, ſolutum aqua communi diſtillata abluatur, & totiès quoad omnis acrimonia diſſoluentis receſſerit. *Solutio eiuſmodi Magiſterium perlarum vocatur; quod verò in liquorem oleaginoſum vertitur*, per ſpiritum vini diu in fimo equino *putrefactum*, perlarum oleum appellant. Si *cum aceto ſtillatitio* ſoluantur, & ab his ſoluens *per alembicum abſtrahatur citiùs in oleaginoſum liquorem abeunt. correctio ſalis acidi varijs* cohobationibus cum ſpiritu vini factis optimè fit, quibus non modò ſpirituum acrimonia retunditur, verùm & perlarum vis exaltatur. Spiritum vnionum, quem Quintam eſſentiam nuncupant, eo, quo ſupra diximus modo de corallis, præparamus. *Extant apud varios authores aliæ præparationes* longè diuerſę, *de quibus ſimilem cenſuram proferre audemus*, ac de *tinctura corallorum*.

Vires margaritarum eſſe admirabiles nobis primùm retuleruut Mauri, & poſt hos Chymici, præcipuas referunt in corpore ſano, & vegeto conſeruando, idq; ab omni morbifica cauſa coercenda, itèm vniones ad reſolutionem neruorum, eorumq; conuulſionem plurimùm valere, nec non ad marcorem ſenilem, ſicuti & ad phrenitidem. tradunt & lac muliebre augere, vlceribus, cancro, hæmorrhoidibus, & melancolicis affectibus valde conferre, tandem capitales eſſe, & memoriam augere,

re, dentes dealbare eorum puluerem experientia conſtat; mira tandem de his circumferuntur, quæ quia nobis inexperta, ſilentio præterimus.

*De Cryſtallo.*

CRyſtallus gemmæ quidem ſpecies eſt, & notiſſima, & communiſſima, & vt eius ortus eſt mirabilis, ſic eius vires non ſunt ſpernendæ. quid ipſa per angulos, non fortuitò, ſed ſumma naturæ prouidentia è terræ gremio producitur? minutiſſimæ etiam cryſtalli ſexangulares exoriuntur ſemper, quaſi tornatiles, & miro artificio affabrè factæ. ob id cryſtallus iris præ cæteris candida, & limpidam iridem nobis repreſentat. primò aſpectu glaciem frigore denſatam diceres, & ſanè ſpeciem aquæ in viſceribus terræ denſatam vix, ac ne vix aliud quidem credere omninò eſt impoſsibile; frigore verò addenſatam non eſſe, diſſolutionis ratio contrarium indicat, ignis poſtmodum, qui ex eo, vt ex pyrite, excutitur, veritatem confirmat, non durities cauſa eſt, cur excutiatur ignis, ſunt & lapides hac duriores ex quibus ferrum ignem minimè excutere valet, quid quòd nullo liquatur igne? ignita & candens in frigidam proiecta in partes diſsilit, atq; hac via in calcis ſpeciem vertitur, nec calx tamen propriè di-

cen-

cenda venit, adhuc enim lucet, & ſplendet; ab hac ignis vehementia in vitrum efficiunt puriſſima tandem ipſam conſtare materia certum eſt, aquea nitidiſſima, & perfectiſſima: communis quædam natura lapidifica in gemmis cernitur perfecta, & colorum ſpecie diſtincta.

*Puriſſimo ſulphure*, & ſale gemmas conſtare multis conuincitur argumentis; *ſulphure*, citra diſſolutionem, & eo, quod ſupra diximus de ignis extractione, manifeſtè liquet; apertius per paleæ attractionem, omnes ſiquidem gemmæ paleam, vt ſuccinum attrahunt, quod non fit, niſi ſubſtantia illa ſulphurea, quæ validè attrita concaleſit, concalefacta attrahit.

*Cryſtallo medici per rarò vtuntur, vt quibus vix natura eius innoteſcat. Spagirici* in rerum virtutibus diſquirendis analogia, & experientia cryſtallum, calculum in renibus, & veſica genitũ diſſoluere, & foras detrudere agnouerunt. item lac mulierum augere, tradunt, & dyſentericis cõferre, alba vteri profluuia ſiſtere, & alia ſibi, ni fallor incomperta.

Theoph Parac. multiplices cryſtalli præparationes docet lib primo de præparationibus. at hæ pro more ſuo traditæ ſunt.

*Cryſtalli præparationes triplices.*

Prima eſt eleuatio ſeu ſublimatio, cum triplici pondere ſalis armoniaci.

Secunda, Alchali ex ſupra ſublimata cryſtallo in aqua communi deſtillata ſoluta, & per euaporationem in alchali conuerſa.

Tertia, diſtillatio, in aqua accipit ſublimatæ cryſtalli vnc. j. aquæ nitri, & Aluminis ſine diſtillatione an. vnc. ij. reduc. in digeſtionem ad dies tres, vel quatuor, deinde diſtilla, & diſtillatum coagula, coagulatum reſolue. *Eiuſcemodi præparationum vſus nobis nullus eſt, & eas* prorſus inutiles, & imperfectas exiſtimamus, ſic propter pſeudomedicos eius æmulos, eiuſq; nominis conuiciatores multa occultare voluit.

Et ſanè tanto viro haud exigua laus debetur, quod ſolis filijs artis iſthæc arcana nota eſſe voluerit. Interim præparationes nobis vſuales patefacere, atque omnibus ob oculos proponere non recuſabimus.

Cryſtallum calcinamus ipſam priùs in crucibulo igniendo, atq; in aquam frigidã cõfertim *proj*iciendo, ter, quaterq; reiteratur iſthæc operatio, qua deſilijt cryſtallus, & digitis contrectata in aqua facilè in puluerem abit, teritur poſtmodum ſuper porphyrite, & in alchool euadit.

Secundo modo cryſtallum calcinamus cum duplo ſulphuris ſuper ardentiſſimis prunis in furno venti.

Tertiò cum duplo ſalis nitri.

Quar-

Quartò cum aqua forti peculiari, qua via molеſcit ad inſtar pultis, quæ poſtmodum naturalem ferè duritiem recuperat *in aceto demerſa*. Sicque varias formas *nanciſcitur*, per ſe in calcem *vix* vertitur, ſed in vitrum liquatur.

*Ex calcinata cryſtallo* ſalem elicere haud eſt *difficile*, qui poſtea in liquorem mutatur per reſo*lutionem*.

Eius ſupramemorato *alchool vtimur ſæpius*, & potiſſimùm in renum, & veſicæ calculis atterendis. dictum etiam ali js mixtum in lacte muliebri augendo vſurpamus.

Iſtius alchool medio, oleum fit mirabile, quòd quidem *vi* pollet vegetabili, augetur enim ſenſim *vegetabilium in* morem, adeò vt vncia vna intra menſem, vel ſeſquimenſem *alteram vnciam* dederit, contra omnium liquorum naturam, qui ambiente continuo abſumuntur, hoc contra augetur mo*le*, & pondere: huiuſce multiplicationis ratio non ſoli ſiccitati tribuendum, vt materiales Philoſophaſtri quidam putant, verùm *potiùs* ſubſtantiæ cuidam *famelicæ* eiuſce *ſalium ordini* peculiari, qua & proprietate mineralium, & metallorum ſales plurimùm donati ſunt. hunc liquorem eſſe actu humidum inficiabitur nemo. poteſtate ſiccum eſſe non conſtat, ex*tinguit ſitim*, ardorem in *febribus* coercet. Siccitas eſt lima caloris, at hic



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0281-1
DFG

liquor igni reſiſtit, & idem pręſtat quod liquor ſulphuris. quod verò refrigeret, ne hoc quidem aſſerere volumus. aperit obſtructiones, menſes mouet, calculos ſoluit, extrinſecus eſcaram concitat, vrit, & carnem ſuperfluam abſumit. quid tandem? contraria præſtat, excalefacit, & refrigerat. Elementales medici rationes ad hoc ſatis pueriles, & inanes afferūt: rationales verò chymicis inſtructi, his longè probabiliores afferunt, ſed de his alibi.

### *De Saphyro, Hyacintho, Smaragdo, &c.*

NOn negarem Gemmas vndiq; præſtantes virtutibus planè admirabiles eſſe, at non tales, quales ab authoribus olim celebratæ fuerunt. Græci hanc peſtem latinis olim inuexerunt, vt cuncta mendacijs refercirent. Superſtitioſi Arabes hos ſequuti plurima aſtrologiæ vanitati dederunt, quæ mendacia magicis artibus haud parum auxerunt. Praui Iudæi huiuſce factionis fortaſſe authores, vt qui iam Aegyptiorum artibus imbuti, Summi Pontificis ornatum ad falſas magiæ cęremonias detorſerint. Sicq; quod præceperat Deus in gemmis Humeralis, & Rationalis Summi Pontificis ſculpi nomina filiorum Iſrael: idem de ſtellarum configurationibus proteruè cōfixerunt. ſed his miſsis, in medicinæ vſum, gem-

mas vulgato more vix vſurpamus, & quicquid clamitet vulgus medicorum, pulcherrimas illas compoſitiones gemmis, auro, & argento refertas in roborandis viribus, in morborum maligna pernicie naturæ inimica propulſanda, parui facere decreuimus, imò ni falſa extaret vulgi opinio, ab eorum vſu penitus abſtinerem, at hodie tanta eſt mortalium vana perſuaſio, ſimul & medicorum multorum ſocordia, vt nihil ſupra quod ſcriptum eſt, ab alijs innouari poſsit, quaſi omnes medicinæ thæſauros deprompſerint, omnem perfectionem arti dederint, atq; ſacræ Apollinis arti extremam manum adhibuerint antiqui.o dementes, & ſtolidi aſini!non vobis per naturam licet philoſophari? *Alieno egetis pabulo*, & *materiæ* ſemper inhærentes, cortice pro *nucleo oblectamini*. Non propterea diffido gemmis mirandas ineſſe proprietates, verùm nos latere, nec de his quicquam minimum agnoſci; nec obſtat, quid de his ſcripſerint maiores noſtri vt Bocus, Aron, Thetel, Zenotemis, Zoroaſtres, Hermes, Euantes, *Dioſcorides*, Ioſeph, & alij complurimi, vt *Plinius*, Arnoldus, Cardanus, & nuperrime Anſelmus Boetius, qui omnes *ſola* opinione ducti citra vllam experientiam de his haud pauca commentati ſunt.

Exiſtimarem eiuſcemodi *lapidum præparationem* in ſola ſolutione conſiſtere, quod ſi quis vel

vni-

vniuerſale, vel particulare diſſoluens nactus eſſet, earum præparationem veram, & legitimam inueniſſe haud diffiderem: at videant, ne quis fumiuendulus nos decipere velit, & cum ſuo imaginario lapide, vniuerſale diſſoluens nobis obtrudere ſatagat. agnoui & viros apud vulgus magni nominis, qui his mendaci js deliniti, aut ſaltem falſa opinione correpti, ali js iſthæc pro veris diuendere non erubeſcerent. *nos gemmarum vſum probamus*, *ſi ſolutas & in formam potabilem adductas* habeamus. hinc liquores gemmarum optatiſsimi *ſolis* principibus dicati. De his verò liquoribus quos, gẽmatos appellant, ſeu iulepos, ſeu ſyrupos, qui hodie Florentiæ ſunt in vſu, & nuperrimè magna ſua ſione Bononiam delati, aliud cenſemus: arbitramur enim eiuſmodi medicamenta neque rationibus, neque experientia comprobata eſſe. ecquid quæſo gemmarum infuſio, & trituratio, etiam ſi calcinatio præcedat? niſi ſtulta opinio, & quam vocant calcinationem, videant num in ea *indiuidua* proprietas remaneat, ſi hac eò *adductæ* ſunt gemmæ, vt ſoluantur: non ſic ars, *opinione*: ſed experientia, rationi copulata *firmatur*, ſtabilitur, & vera probatur.

Saphyrus lapis *duriſſimus* proximè ad adamantem *accedit, eſt & omnium* pretioſum lapidorum duriſsimus, adamante excepto. pulcherrima eſt

gem-

gemma, cærulei coloris, albus etiam, ſed fit arte modo gemmarũ trito. eius præparatio communis eſt cum cryſtallo, & ali js gemmis. de eius facultatibus nihil certi hucuſque habemus.

De hyacintho, qui & opatiſsimus, & pulcherrimus lapis eſt, item & duriſsimus miro ſplendore nitidus, & colore fulgidus, de eo nihil etiam certi comprobauimus. interim magna prædicant medici de vſu compoſitionis hyacinthinę, & hìc maximè, vbi eſt infrequentiſſimo vſu, & præſertim citra vllum diſcrimen in omni febre, quo conſilio viderint ipſi.

Scio iſthæc gemmarum fragmenta à noſtro calore ſubigi, nec atteri haud poſſe, minus in actum deduci, imò ventriculo, vniuerſæq; naturæ potius moleſta eſſe, quod ſi quæ ſit in his virtutis, & perfectionis ab ambare, moſcho & ali js potius proficiſci. paratur itidem more aliarum gemmarum, prius præmiſſa calcinatione, quæ fit cum igne, & aqua per diſſolutionem. vel alio ſale ſuaſq; etiam peculiares.

Smaragdus gemma, & notiſſima, & pulcherrima multiplex eſt pro diuerſitate locorum, vbi naſcitur, orientalis occidentali longè præſtantior. virore, & nitore viſui gratiſsimus conſpicitur, multa de eò, atq; de ali js gemmis falsò circumferũtur, vt quod deferenti opes augeat, caſtum reddat, &c.

de

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0285-3
DFG

de eiuſmodi gemma atque de cæteris idem planè conijcimus; nec eſt vt quis à nobis aliud expectet, donec tempus certiora attulerit, interim ſucciſiuis horis, cum à grauioribus negotijs reſpiramus, gemmarum præparationibus, earumq; facultatibus indagandis ſolerter incumbimus.

Interim qui eiuſmodi lapidē in prophyrite, vel marmoreo læuigant, eumq; ægris ſic paratum propinant, errant toto cælo, mallem ipſum calcinare priùs, vt de cryſtallo diximus, calcinatum in liquorem deducere.

Sic non eſſet difficile eo vti, vt ſupra præcepimus. ſæpe adulteratos pro veris ſmaragdis in officinis vſurpant, eſt enim eius adulteratio perfacilis, accipiunt ſodam ſeu Kali, albos fluuiorum ſilices, & viride æris, nonnulli minium quantitate conuenienti. crucibulo indunt, mixturam, atq; forti igne adacto, fit vitrū ſmaragdo perſimile. ſed gemmis omiſſis ad cætera lapidum genera diuertere placet.

### *De lapidibus minus pretioſis.*

DE cæteris lapidum generibus hic non nihil interſerere puto, & maximè de his quæ nobis in vſum veniunt.

Ee

Et primum Lapides aſtacorum, qui in capite cancrorum fluuiatilium reperiuntur, frequenter ad nephriticòs dolores vſurpamus, ij reperiuntur tantum bis in anno Menſe Maij, & Septembris, his nimirùm temporibus, quibus ipſi veterem corticem deponere conſueuerunt, ſic molliori cortice ſubrubro tecti gerunt in capite propè oculos lapides vtrinq; ſubalbidos, quos nonnulli falsò cancrorum oculos appellant. eiuſmodi lapides plerumq; integros vſurpamus, & tantummodo tritos, & in puluerem adductos, ad pondus drac.s. & drac. j in doloribus nephriticis, quos breui ſedare annotauimus. dictos etiam lapides in aceto diſtillato ſoluimus, item in ſucco limonum, & ſic potentiùs vires ſuas exerere aduerſus calculos, tũ renum, tum veſicæ deprehendimus. cæterum qui de his ſalem, liquorem, aut aliud ſimile præparare voluerit, liberum eſto, modus ab alijs non erit diſsimilis. noſtra tradimus, & aliena relinquimus. *Cancrorũ fluuiatilium lapides.*

Lapides Iudaici, Spongites, Lincis nobis etiam frequenter in vſum veniunt, eos pariter integros citra vllam præparationem, ſola trituratione excepta, vſurpamus. ſunt ſalinæ naturæ, & facillimè in actum deducuntur. Iudaicus, & Lincis ob duritiem ſoluti cum aliquo liquore acidulo aptiùs deuorantur, atq; potentius vires ſuas de ſe promunt.

Lapis Bezoar modo haud diſsimili à nobis vſurpatur, tritus videlicet & in pollinem adductus. legitimus hodie vix habetur, & magna copia illius, qui hinc inde circũfertur, adulterinus eſt, vel factitius, vel in diuerſo animali ab eo, in quo generari ſolet, repertus. Anno ſuperiori vtriuſque nobis copiam fecit Sereniſſimus Dux Mantuæ, qui vltra mira, & portenta naturæ arcana, *lapides Bezoardicos omnis generis, magnos, paruos, orientales, occidentales incredibili quãtitate* penes ſe habet. Eſt enim Sereniſsimus Princeps ſanè de rerum naturalium cognitione peritiſsimus, rerum Chymicarum indagator ſtrenuus, & expertiſſimus; mirum dictu quam doctè, & quam aptè de his ſentiat, nec modo in theoria, verùm, & in praxi, in qua manibus proprijs artem exercuiſſe, cognoſcitur: auderem, & affirmare ſi ipſe hoc mihi concederet, neminem ſui ſimilem inueniſſe, qui tam dextrè, tàm doctè de ſingulis Encyclopediꝗ partibus *ediſſerat*: ſed ne laus tanti Principis *oratiuncula* hac noſtra labefactetur, relinquo cæteras eius animi dotes, quas in eo multiplici *familiari colloquio* deprænendi, & ad lapidem *noſtrum* Bezoardicum reuertor. Itaque de eo *multa* aſſerere poſſum, & *maximè* in affectibus melancholicis, malignis febribus *nonnullis, in hyſtericis* paſſionibus. legitimę notæ apud ſcriptores habentur, at melius vſu,

&ex-

& experientia ipſe cognoſcitur. Qui dictum lapidem frequenter tractant, eum ſola inſpectione faciliùs agnoſcunt, quàm qui ſola librorum lectura. vſurpamus eiuſmodi lapidem more communi tritum ſubtiliſsimè, & cum iuſculo carnis, vel aliquo liquore morbo accommodato. eſt equidem friabilis, ac mollis, & facillimè in pollinem comminuitur, facile etiam ſubigitur, & à calore noſtro atteritur. nobis non licuit alia ex eo medicamenta parare, rarus enim eſt, nec copia tanta reperitur, vt de eo liquores, vel alia medicamentorum genera componere valeamus.

Nominis affinitas mihi in memoriam reuocat Bezoar minerale, tàm naturale, quàm artificiale, naturale puto à figura, & extrinſeca facie potiùs ſic appellatur, quàm à virtute: artificiale à virtutis ſimilitudine tantùm; nam ſicut verum Bezoar, humores veneno infectos reprimit, ſubigit, & conficit, ita & minerale. *Bezoar minerale*

Commonſtrant aliqui cornu quoddam lapidificatum in antiquis ruderibus repertum, quod monocerotis cornu nuncupant, ferunt eiuſmodi cornu multum valere aduerſus venena, idq́; viribus vni cornu æquiualere: verùm puto in his rebus plura opinione dicta eſſe, quàm quod experientia conſtet. *Monocerotis cornu.*

Vnicornu multis laudibus decantatum aduer- *Vnicornu.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0289-9

ſus venena, eiuſce generis eſſe videtur. lapides itē ophiogloſſi, vulgo in Gallia langue de ſerpent, in Italia ſaette, quod eiuſmodi lapides ignarum vulgus putet è cœlo decidiſſe. Sed errant omnes, ſunt ſanè dentes piſcis marini, à nonnullis canis, à quibuſdam lupi dicti, hi olim cum multis alijs in altiſſimis montium iugis, & in quibuſdam etiam locis à mare remotis relicti *fuerunt à diluuio*, & ibi *in lapidem conuerſi. mirum ſanè, & portentoſum* omne cruſtaceum genus his in locis lapidifica tum reperiri, hæſitant pleriq; num verè vniuerſali diluuio eò deportata fuerint iſthæc; quod nobis dubium facillimè excutitur, & ratione loci, & exploratò genere rerum lapidificatarum, quibus, & ſacræ literæ ſuffragantur. In Gallia Narbonenſi *prope Vticenſem*, vbi lapides molares excauantur, multos *inuenimus* cum quibuſdam alijs lapidibus, & his præſertim quos bufoninos appellat vulgus. Galli pierres de crapault, Itali *pietre di* roſpi. In Italia multis in locis à mare remotiſſimis integros montes eiuſcemodi rerum maritimarum *lapidificatarum* vidimus.

Ebur foſſile ad eiuſmodi rerum lapidificatarū *genus* optimè reducitur, *huius* ingentem copiam *vidimus penes Illuſtriſsimum* Dominum Equitem Caſſianum *del Pozzo* Patronum meum plurimū colendum, Romæ in ædibus ſuis, cum illic per

otium

otium miranda naturæ arcana permulta nobis cō-monſtraret. de eiuſmodi Ebore duo præclara, & inſignia ab eo accepimus, terram ex dicto Ebore confectam lemniæ perſimilem venenatis morbis valdè efficacem, & turcheſios lapides ex dicto Ebore factos, veris, & naturalibus turchinis gemmis ſimillimos, atq; in omnibus conuenientes, colore, duritie, & virtute præſtantes. ab alio amico accepimus dictos lapides fieri poſſe ex quibuſdam piſcibus lapidificatis, quod certa experientia ſibi conſtare aſſerebat; totum ſecretum in calcinatione conſiſtit, ſed nos medica tractamus, cætera alijs relinquimus.

*De Lapide armeno, & Cyaneo.*

HOdie rerum foſſiliū perrarus eſt vſus, quod nunc noſtri medici ab antiquis valdè receſſerint, & ſanè paucis exceptis hos adeò rudes, & inexpertes agnoſcimus, vt vix titulum, nihil quicquam artis redoleant. Ecquid quæſo toties dogmaticos Galenicos ſe nominare iuuat, & præcipua, & ſelectiſſima medicinæ præſidia, & remedia ignorare? vbi peregrinationes veſtræ cum Galeno in Cyprum, Lemnum, & alia loca? vbi manus veſtræ medicamentorum præparationem didicerint? Non ſic maiores noſtri, relictis labo-

ribus,

ribus, ſolis verbis operam dederint. Deinde Græcos obſeruate, Arabes quàm ſedulos in medicamẽtorum inuentione, & præparatione. Et in his potiſſimũ lapidibus, quorũ vſus penes ipſos olim frequens erat. nunc verò medicos noſtræ ætatis planè latet, & ni extaret celeberrima illa cõpoſitio Alkermes dicta nulla ſanè in officinis de *iſto lapide* haberetur memoria. *Armenus lapis pilularũ quarumdam compoſitionem ab Arabibus* inuentam ingreditur, at eiuſcemodi pilularum vſus, *nullus* eſt. vtriuſq; virtus ab antimonio non eſt valdè diſſimilis, antimonium, ni fallor, minus periculoſum, ſuſque deq; purgat omnes humores, aquas præſertim, & vtramq; bilem. magnis morbis, magna conueniunt remedia. vterque lapis duplici ſulphure conſtat, vt omnes quæque mineralium ſpecies; ſale item duplici, volatili, & fixo; in ſale volatili vis vomitoria reſidet. in ſulphure confortans, roborans, & cardiaca, in fixo *præſertim*. quotieſcumque ergò de præparatione *dicti lapidis* ſermo habetur, manifeſtè patet, *quæ præparatio* vſurpanda veniat, & maximè in compoſitione cõfectionis Alkermes. Cum enim dicta compoſitio ſit tota cardiaca, roborans, & fortificans, atq; ea tantum *deſideretur*, certum eſt genuinam pręparationem *dicti lapidis* eam eſſe, per quam contraria vis purgatiua, & vomitiua remouetur. at

per

per calcinationem omne volatile recedit, ablutione ſuper addita ad maiorem cautelam, quare dicta præparatio vſurpari debet in hac compoſitione, lotio ad hanc accedit, vt certiùs dicta vis purgatiua remoueatur; qui putant ſolam lotionem ſufficere, errant toto cœlo, nam citra calcinationem ſal minimè educitur, compacta inuicem tenet ſulphur vtraque, quod ſola calcinatio ſoluit. Interim non ignoro loquaces quoſdam medicos chymicarum rerum rudes, & ignaros contrarium ſentire, & authoritates veterum mihi obijcere, parùm memores artē hanc tunc adhuc incultā, & in cunis adhuc balbutientem penes eos fuiſſe, nos verò recentiorū labores contemplati, artem non ampliùs euagientem, & balbutientem, ſed magis cultam, grandiorem, & prouectiorem recolimus. hinc mirum non eſt ſi multa antiquis incognita à veris Medicis hodie in vſum aduocentur, & ſi nouæ præparationes nobis nunc innoteſcant, quæ iampridem veteres ignorauerunt. Itaque lapis noſter lazuli per calcinationem, & ablutionem, facultatem omnem purgatricem amittit, & fortificans, roborans, & cordis affectibus aptùs redditur. Si ex calcinato lapide ſalē, & ſulphur à corpore terreo ſegregare volueris, cū aqua vitæ, ſeù ſpiritu uini, aut cū aceto, aut alio liquore modo, quo ſupra diximus de alijs non erit difficilè. Hæc pauca de cyaneo lapide dicta ſint.

De

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0293-2

*De Lapide quodam incognito admirabilis virtutis à paucis annis in agro Bononienſi reperto.*

EN quotidie noua emergunt in rerum natura, vbiq; exſtant magnæ naturæ miracula, ò deſides veritatis oſores dediſcere vos pudet. falsò arbitramini cuncta antiquis fuiſſe cognita. at quot plantæ, quot foſſilia maioribus inuiſa in lucem erumpunt. In agro Bononienſi inter cætera veteribus incognita, nobis ſe ſe offert peculiare quid de genere lapidum planè nouum, & inauditum. Eſt autem quædam lapidis ſpecies, quem nonnulli luciferum, alij ſolarem, quidam lunarem appellant, à proprietate luminis quod à Sole, vel Luna mutuatum repræſentat. Etenim mirum eſt, quo pacto corpus opacum lumen à Sole, vel Luna recipiat, & idem in tenebris referat. in quo philoſophari haud infæliciter poſſumus, num verè lumē corpus ſit, & ꝙnam corpus an ſubſtātia, an accidēs, & alias plures de lumine mouere quęſtiones, quas hoc medio enodare forſan non eſſet difficile; At nos, quibus non eſt in præſenti animus dirimere lites, iſthæc breuitate omittimus, & dicemus huiuſce lapidis naturam, differentias, locum, vſum, proprietatem, & præparationem. Quod ad eius naturam lapis eſt pellucidus gypſo

valdè

valdè ſimilis ſale, & ſulphure cauſtico, mordaci, & adurente conſtans. triplex eſt in ſuo genere.

Primus, & pulcherrimus, *pellucidus eſt, ſpeculo* aſinino perſimilis, gypſoq; nobilioris, quale *in* his montibus reperitur; quod vulgus Talcum nominat, quo multi vtuntur ad varia opera, vitri inſtar, *id ipſum diuidentes in foliola tenuiſſima*; at hic lapis vt *ſiccior, & durior, tàm latam diuiſionē* non patitur; diaphanus eſt quidem, vt Talcum, & in tenuiſſimas bracteas ſcinditur, ſed perbreues; figura eius varia eſt, nunc oblonga, nunc rotunda, nunc tabulata. Secundi generis is eſt, qui non adeò *pellucet*, multùm terreſtritatis in ſe continens, *hic non in bracteas, ſed in ſtrias diſpeſcitur.* Et tertiū genus eſt *multiplicis magnitudinis craſſiſſimus* omnium, opacus, ſtrijs, & *lineis* contextus, at breuiſſimis ad ſecundæ ſpeciei diſtinctionē, vnde in puluerem potius, quàm in ſtrias abit. Inuenitur eiuſmodi lapis in quibusdam collibus propè Bononiam in agro, vulgò monte *Paterna* dicto, quattuor milliaribus ab vrbe diſſito; atq; in agro vulgò *Pradalbino* nuncupato, octo vel decem milliaribus diſtante: reperitur etiam propè dictum montem *Paternum* in riuulo quodam innominato propè *Ronchariam*. In monte *Paterno*, atque eo in riuulo ſæpiùs per otium dictos lapides vnà cū

multis alijs rebus non vbiq; obuijs, tùm plantis, tùm mineralibus mira iucunditate collegimus, etiam multoties patronis, & amicis nobiſcũ eò animi cauſa diuertẽtibus. Cuius rei occaſione nõ poſſum, quin commemorem eruditiſſimũ, & prudentiſſimum pariter, & nobiliſſimum Dominum D. Claudium Gobelinum Pariſienſem, adhuc iuuenẽ Bononiæ ſtudiorum cauſa tunc commorantem, qui pluries vt erat rerum naturalium cognitioni valdè deditus, ad eum locum nobiſcum venit, vbi ad ſatietatem lapidis naturam, vires, & locum cõtemplati ſumus, grauiſſimis quæſtionibus philoſophicis inibi habitis, & maximè de ortu mineraliũ inibi repertorum, de marchaſitis, de vitriolo ibi latente, de ſale nitro, de ſale ammoniaco, de varijs lapidum ſpeciebus eo loco paſsìm obuijs. Duplici via itur ad dictum montem, vtraq; via diuiditur propè portam ciuitatis, quæ dicitur *S. Mamolo*, vna ſuperior, altera inferior dicitur. per inferiorem ſe ſe offert riuulus admodũ exiguus, qui aquis pluuialibus tantùm irrigatur, in illius riuuli decurſu lapides iſti non nunquam reperiuntur, pluuiarum vehementia è proximis montibus educti, atq; eò depulſi. Ad eius dextram in agro, qui *Roncharia* vulgò dicitur, magna copia lapidis cuiuſdam albi prima facie ſalem ammoniacum repræſentantis reperitur, ibi & pullulat naturaliter efflo-

reſcen-

reſcentia quædam vitriolata, auſtera, & acida, lapides etiam ferruginei, & æruginei haud pauci, cũ Talco gypſario hinc inde ſparſo, ſolum ſterile eſt totum ea in parte, paulo ſuperiùs fertiliſsimũ, ex quo facile argumentari poſſumus metallorum mineras ſubtùs deliteſcere. per ſuperiorem viam rectò tramite itur ad montem Paternum, & primò intuitu ſe ſe offerunt fornaces quædam terreæ, vbi varia vaſorum genera craſſa, & ampla miro artificio excoquuntur. Paulò vlteriùs à ſiniſtris ad meridiem videlicet apparent vaſtiſsimę montis rimæ, ab ipſo montis cacumine ad imum tendentes, aquarum pluuiatilium impetu deorsùm ruentium excauatæ, quæ ſulcorum ad inſtar per ordinem diſpoſitæ ſunt. Inter eiuſmodi ſulcos, terræq; rimas, atq; per totum illius ſoli ambitum marchaſitæ aureæ exiguæ ſatis conſpiciuntur, eæ nunc terræ glebis hærent, nunc aliquot lapides albidos cruſta obducunt. paruæ ſunt vt plurimùm, & raræ nucis iuglandis magnitudinem vix æquant. in imo, atq; inter profundiores ſulcorum hiatus ſal nitrum copioſiſsimum certis temporibus foras erumpit; locus ſaxoſus eſt totus, & varijs terræ hiatibus, rimis, & ſciſſuris conſitus, atq; ſic montem conſcendendo, & deſcendendo non niſi per laborioſos amfractus, atq; deuia perquàm difficilia incedere valemus. hìc lapis noſter in terræ ſuperficie

colligitur, atq; inter cætera ſaxa poſt pluuias multò faciliùs: nam è ſolo pluuiæ ipſos lapides educunt, atq; aqua recenter loti pellucent, & intuentium oculis faciliùs ſe ſe obijciunt. vehementes pluuiæ ſolum aſsiduò excauant, vnde noui lapides continuò emergunt, quamquam hæſitare quoquo pacto poſſemus, num in terræ viſceribus generentur, an in ſola ſuperficie, *ij quandoquidem in extima parte hucusq; inuenti ſint*, atq; nemo terræ penetralia ea de re viſitauerit vnquam. *non pro*cul ab hoc ſitu occidentem verſus paulò ad ſiniſtrã monticuli quidam ſubrubri ſe ſe offerunt, vbi aliquãdo creditum fuit ditiſsimas metallorum fodinas adeſſe, ibi & non raròlapides iſti reperiuntur. totus hìc terræ tractus tàm qui ſulcis, aquarumq; *rimis* conſpicuus eſt, quàm qui eiusmodi monticulis diſcernitur, ſterilis eſt, & maximè ad Auſtrũ, natura ſoli ſicca eſt, & ob ſaxa copioſiſsima, marchaſitas, & alios diuerſi generis lapides, fortè etiam ob decliuium, propter quod ſolares *radios* vehementiſsimè excipit, quorum repercuſsione omne pabu*lum* humidum à tellure abſumitur. ſuperior pars montis ad orientem, & ſeptentrionem declinans fæcunda eſt, & *ferax* nimis; ſunt equidem agri vbertate magna *referti*, etenim omni arborum fru*ctiferarum* genere conſiti, vitibus, pomis, piris, & ſimilibus: at hìc lapides ſolares nulli re-

pe-

periuntur, ſolum eſt pingue, & glutinoſum, nullibi telluris fœcunditas maior, nec fructuum præſtantia, & bonitas optabilior. *Hæc de ſitu,* nunc de eius proprietatę, vſu & præparatione. Referunt quidam argyropœi, hunc lapidem plurimùm valere ad metallorũ tranſmutationem; ad quem vſum primò eum fuiſſe repertum certò ſcimus. inuentionis exordia, & cauſas nobis olim aperuit Dominus Scipio Begatellus; is autem tranſmutatorię arti plurimùm anhelans, omnes chryſopœos quotquot in ciuitate reperirentur, conſulebat. ex his fuit mirmecio quidam ſuæ profeſsionis deſertor, à ſutoria arte ad vanam chryſopœam transfugus, dicto domino turpiter ſe veram lapidis philoſophici materiam in proximis montibus reperiſſe iactitãs, & hunc eſſe lapidem noſtrum ſolarem, tàm ob pondus, quàm ob ſulphuris copiam, quo plurimũ ſcateret ipſe lapis. alias & afferebat rationes, quibus in animum induxit dicti domini, vt in experiundi cauſa pecunias haud paucas breui temporis ſpatio inaniter contereret. Itaq; multis incaſſum ad chryſopœam iactatis laboribus pro auro, ſequentes præparationes inuenerunt. Quod ad eius facultates, & vires multiplices ſunt, & proximè ad ſandaracam accedunt, vi enim cauſtica pollet, vnde ex eo pſilotrum facillimè conctnatur. fętido ſulphure, quàm plurimo conſtat, cùm ſale *Facultates, & vires.*

acer-

acerrimo, & mordaci, & verè arſenicali, cuius odorem, & ſaporem valdè ſimiles refert, eius natura tamen non eſt ità fugax, vt arſenicum, imò fixe manet igne, fortemq; ſuſtinet calcinationem. *Vſus.* Vſus eiuſmodi lapidis ad extrinſeca tantùm huc uſq; nobis innotuit. fit ex eo lixiuium pro pſilotro, cuius vſus eſſet peropportunus ad barbam, & pilos excidendos, ni odorem valdè ingratum effunderet, moſcho tamen, aut ſuaui aliquo odore hunc corrigere perfacilè arbitramur. ea proprietas, qua cunctis ſe ſe præſtitit mirandum iſte lapis, nullum ex ſe præbet vſum, præter quoddam viſui oblectamentum, vt nouiter inuentis plerumq; contingere ſolet. qui de voculis lites, & iurgia componere affectant, ſuper his quæ circumferunt de lumine haud trita ad ſatietatem per eiuſmodi lapidis furatum ſplendorem, aut receptum à Sole, & Luna meditari, rimari, & contemplari poſſunt. nos interim præparationes docebimus.

*1 Luciferi lapidis præparatio.* Et pro facultate illa lucifera in eo potiſſimùm exoptata, calcinatur duobus modis, primo lapis in tenuiſſimum pollinem reductus fortiſsimo igni in crucibulo calcinatur. *2 Præparatio.* Secundo idem in pollinem reductus in placentulas taleris inſtar compingitur, vel ſola aqua communi, vel albumine oui. eæ per ſe exſiccatæ furno venti cum carbonibus ſtratificantur, & dato igne validiſsimo per

qua-

quatuor, vel quinq; horas calcinentur: furno per ſe refrigerato placentulas exime. quod ſi prima vice non ſint ſatis coctæ, quod cognoſcitur ſi parùm lucis receperint, tunc eodem modo calcinationem reitera, dictas placentulas eodem modo ſtratificando, vt priùs, ter non nunquam reiteratur dicta calcinatio. optima ea eſt, quæ fit ex electiſſimis lapidibus, nitidis, puris, & diaphanis, ſic lapis ſubtiliſsimè tritus in furno reuerberij tam diù excoquitur, quo ad lucem facilè excipiat ex eo puluere varia in pixidiculis efformantur animalia, quæ in tenebris mirificè lucent. paratur lixiuium eadem methodo, quod ad ſiccitatem per ductum, ſal ſulphureum fętidum acre, & mordax exhibet.

✠

*Secundi Libri Pharmacopææ Spagiricæ*

*FINIS.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0301-2 DFG

# PETRI POTERII ANDEGAVENSIS

## Conſiliarij, & Medici Regis Chriſtianiſsimi.

## PHARMACOPOEÆ SPAGIRICÆ LIBER TERTIVS.

### SECTIO PRIMA.

IN pręcedentibus, medicamentorum *ſimplicem præparationem*, & compoſitionem *breui compendio tradidimus*. Nunc ea quæ ſunt magis compoſita, & quæ Dogmaticorum leges iamdudum ſubierunt, aperiemus, Iatrochymicorum *placita* interponentes, & ſi quæ alia ad Pharmacopœam ſpectant, difficilia, & ad *eius* ornatum facientia exponentes. Pręmittemus ea, quæ minorem recipiunt præparationem, vt Condita, Conſeruas, & ſimilia; *Ab his ad* Syrupos, à quibus ad Electuaria, & Antidota; *Paulò poſt Pulueres*, Pillulas, & trochiſcos, tandem *Localia, ſeu* ea omnia, quæ extrinſecùs admouentur. Qua methodo

Antidotarium commune perluſtrabimus, compoſitiones ſingulas vſui commodiori reddemus, ſuperflua reſecabimus, inutilia rei jciemus, & obſcura illuſtrabimus.

## *De Conſeruis.*

COnſerue non tam neceſſitatis gratia, quam palati ergo parantur. Pharmacopœus Chymica arte inſtructus, eas longè nobiliores, elegantiores, & efficaciores reddet. Nam non ſimplici trituratione, & mixtione contentus, non ſola ſacchari, aut mellis ad iuſtam craſſitiem coctione, verùm eſſentias florum, fructuum, radicum, &c. primò præparabit, eaſq; ad ſuũ libitum ſaccharo commiſcebit; Sed primus demus compoſitionem antiquorum. Condiunt flores ſaccharo, vel melle, vel integros, vel tuſos, vel recentes, vel ſiccos; Saccharum ad hoc vel in puluerem, vel prius coctum vſurpatur. Sic Roſæ condiuntur.

## *Conſerua Roſarum.*

℞. roſarum rubrarum non omnino apertarum, ab vnguibus repurgatarum lib. j. Sacchari albi lib. ij. bis, vel ter tere roſas in mortariolo marmoreo per

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0304-9 DFG

per ſe, poſtea adde parum ſacchari, & tandem bene tuſis, ſaccharum totum adde; Inſolentur per aliquot dies.

*Alio modo.*

ROſas bene tundunt, & duplo ſacchari albi in opiatam, & eas fere in Electuarium ſolidum, cocto calidè ab igne remoto miſcent. inſolentur, aut in Stuffa, locouè tepido detineantur, maximè ſi nimia humiditas adſit.

In regionibus humidis, aut cum tempeſtas eſt humida nimis antequam condiantur, in vmbra paululum exſiccantur; Contra verò in calidis, & ſiccis regionibus exſiccatione non opus eſt.

*Alio modo.*

ROſæ integræ ſaccharo condiuntur, ad quod ipſæ prius vmbra exſiccantur, poſtea ſaccharo benè cocto demerguntur, atque in eo vix demerſæ remouentur, locoq́ue ſicco aſſeruantur.

*Alio modo.*

ROſæ ſiccæ vmbra in tenuiſſimum puluerem reducuntur, harum vnc. j. accipe, ſacchari albi in formam Electuari ſolidi cocti vnc. iiij miſce, fiant rotulæ; Sacchari *plus*, & minus addunt ad Libitum; *nonulli, vt coloratior euadat conſerua, roſarum puluerem inſpergunt* ſucco Limonum. *Eius loco alij oleo ſulphuris a*qua communi temperato, vel ol. ſalis communis. Hi ſunt vſitati modi quibus vtuntur hodie Pharmacopœi.

*Spagirica præparatio.*

SPagirici *alia* via Conſeruas parant, atque ipſi materia illa craſſa ad agendum ineptiſſima arte ſegregata, ſpiritualem accipiunt, eamq; ſaporis tantum gratia (nam per ſe optimè aſſeruatur citra vllum corruptionis metum) ſaccharo miſcent Duæ ſunt autem ſpirituales ſubſtantiæ in roſa, aqua vitæ, ſeu liquor *Mercurialis*, & oleum, ſeu liquor ſulfureus. Ex vtraq; varias conſeruas parare poſſunt. Ex Aqua vitę roſarum, addito ſaccharo *in ſolidi electuarij* formam cocto, formentur tabellulæ, vel rotulæ ad placitum; Saccharum

coctum

coctum ab igne remoueatur, & tantiſper refrigeretur, ne ſpiritus auolet; debet etiam plus ſolito coqui, vt plus ſpiritus excipiat. In *Gallia* tabellulę fiunt cum aqua roſarum eo modo. In *Italia* maximè in pleriſque locis, quas appellant *Manus Chriſti* cum perlis, nonnulli eiuſmodi tabellulas ſaccharum roſatum appellant.

*Alio modo cum gummi tragaganto* effingi poſſunt formulæ, *amylo pro corpore addito*. ſic quas vocant bechicas effingere perfacilè erit.

Quidam nec inconcinnè inungunt tabellulas cum aqua vitæ, vel cum liquore ſulphureo.

*Alio modo, & omni tempore.*

ACcipiunt roſas rubras vmbra ſiccatas ad vnc ij. macerantur in s. q aquæ communis cum ℥. j. ol. ſulphuris pro qualibet libra aquę, vt pro vnc. ij. accipe lib ij. aquæ communis, & vt efficacior, & longè nobilior ſit, pro aqua communi, pone aquam roſaceam diſtillatam, macerantur tādem in loco callido ſtuffa aut balneo.

Vaporoſo, aut fimo equino; Aquam tinctam cola per filtrum, & pro ſyrupo componendo in vaſe vitreo ſerua.

Roſæ interim poſt colaturam remanentes in mortario marmoreo tundantur, eiſq; ſaccharum

du-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0307-6 DFG

duplo plus, & triplo adde. Atq; ſic fit ſaccharũ roſaceum pulcherrimum, & palato gratiſsimum. Vis & facultas eiuſmodi Conſeruæ omnibus patet, hodie vt plurimùm magis palato, quàm ſanitati inſeruit. Placet hic obiter annotare roſas rubras laxare aluum, conta Medicorum opinionem qui putant ipſas adſtringere, pallidas tantùm, & albas laxare; qui id certò ſcire auet, capiat drag. j. pulueris dictarum roſarum, & veritatem comperiet.

## *Conſerua Violarum.*

NOn diuerſo à ſuperiori modo fit violarũ Conſerua in humidis regionibus, & in tempeſtate nimis humida, paulò diutius in vmbra ſiccantur. hæc eſt cõmunis via. Spagyrica autem ſic ſe habet.

Sicuti de Roſis, ita de violis cẽſendũ eſt. De violis id annotare placet, earum eſſentiam in extima ſuperficie conſiſtere; ideò ebullitionem, & triturationem longam vix ſuſtinent. Cum primùm col lectæ ſunt, ſub cœlo ſereno, & minimè pluuioſo confeſtim infundendæ, diſtillandæ, & tũdendæ veniunt. Vires, & vſus eiuſmodi Conſeruæ notiſsima quoq; ſunt; ea aluum emollit, tuſſim iuuat, faucium vlcuſcula ſanat, & cor exhilarat. Inter

frigi-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0308-1

frigida, & humida computatur; hac de re putant ſomnum excitare, quod quidem experientia non conſtat.

## *Conſerua Roriſmarini.*

FLores roriſmarini ab omni parte herbacea liberant, hos in mortariolo marmoreo tundunt, atq; ipſis ſaccharum immiſcent, vt de roſis diximus. Eius oleo ſacchari tabellulis tantiſper inuncis fit Conſerua gratiſsima, & efficaciſſima. Ad roborandum caput maximè commendatur; item ad refrigeratum ventriculum excalefaciendum. *Plura de eo circumferuntur, quæ breuitate omittimus.*

## *Conſerua florum Arantiorum; bioſmini, &c.*

QVoniam methodo non diſſimili flores omnes condiuntur, fruſtra de ſingulis ſermo eſſet habendus. Amari plus ſacchari repoſcunt, humidi minus, contra ſicci paululum vel humectantur, vel exſiccantur. Qui in aqua ſtillatitia dictorum florum ſaccharũ ſoluet, vires augebit, præſtantioreſq; euadent. Integri condiuntur ſaporis, & venuſtatis gratia, ſed vt parum efficaces omittuntur Flores totius plantæ vim, & facul-

culta-

cultatem retinent, ideò qui eas deſiderat, rei herbariæ authores conſulat.

### *Fructuum Conſeruæ:*

CONditura fructuum vix ad nos pertinent quòd potius palati, quàm medicinæ gratia compertæ ſint. *Ex India* tamen *Mirobalani, nuces miriſticæ, caſſia*, & ſimilia deferunt, quę, & palato grata ſunt, & in medicina plurimum valent.

Citri j integri, cortices eorum ſaccharo condiuntur in nonnullis locis, in quibus pariter citrulli, melonum cortices, præcocia pruna, berberis, omphacium, nuces iuglandes, amygdalæ, & quod rarum eſt, Rauennæ nuces Pini, baccæ iuniperi in vino maceratæ, ac poſtmodum in ſaccharo coctæ. Apoplexiæ, Paralyſi, & ali js grauiſſimis morbis ſuccurrunt, ventriculum roborant, Arthritidi *proſpiciunt*, calculum renum expellunt, *in peſtilentibus*, venenatiſq; morbis mira præſtant.

### *Radicum Conſeruæ.*

RAdices; vel *ſiccæ*, vel virentes condiuntur, *integræ, vel* earum partes; ſiccæ, vel prius in aqua macerantur, vel ſtatim coquuntur,

tur, vel denique in puluerem reducuntur; Enula Campana in aqua communi lota, atque in eadem cocta cum triplo ſacchari albi, in electuarium cocti conditur; Radix prius in taleolas ſecatur, & per aliquot dies, in aqua communi maceratur, vt tenerior, & minus amara euadat, ſicca etiam in ea aqua diu coquitur, & tenera ſaccharo conficitur, ac demum in vaſe vitreo ſeruatur. Item ex radice cocta, pulpa elicitur per cribrum tranſuerſum, hanc cum triplo ſacchari in formam Elect. ſolidi, ſi ſolidam exoptas, vel liquidi ſi liquidam; vel fit puluis ex dicta radice, cuius pulueris drachmam accipiunt, pro qualibet vncia ſacchari, ſicque fit, in rotulas, vel in paſtillos conſerua.

De radice Angelicæ dauci, & ſimilium radices modo non diſsimili condiuntur. Eringium, & Satyrion, quia Veneri, & Palato dicata ſunt potiſsimùm, dum coquuntur cum ſaccharo Cinnamomo & garyophyllis aromatizantur, nonnulli moſchum, & ambram addunt.

Spagirica Ars in medicamentis impuritates perhorreſcens, alia incedit via. Primum à fructibus pręcipuam ſubſtantiam magis à fæcibus depuratam accipit; atque ſic dictam ſubſtantiam in modum præparat, vt vel ipſa ſeorſum ſeruetur, vel ſi in grata, ſaccharo miſceatur. In fructibus vinoſis, quorum pręcipua vis in liquore mercuriali cõſiſtit; eam

quo diximus modo eliciunt, atque ſaccharo commiſcent; ſuccus dictorum fructuum, etiam per ſe ſeruatur, eos prius à fæcibus repurgando.

Præterea defæcati ſucci balneo roris ſenſim excrementum humidum deponunt, atque ad extracti formam adducuntur; qua methodo perfacile eſt dictum ſuccum in quolibet vaſe aſſeruare, & quouis locorum circumferre citrà metum frangendi vitri, quibus alia aſſeruantur, & circumferũtur.

Calor fimi equini in ſuccis defœcandis, exſiccandis, & in varias formas adducendis, nulli alteri calori eſt æquiparandus. Solis calore maximè æſtiuis diebus, multi ſucci depurantur, atque etiam in extracti formam adducuntur.

Limonum ſucci, Citrij, Ceraſorum, Berberis, Granatorum eodem modo defœcantur, & depurantur. Tunc de his ſemicochlear, imo, & vnica drachma gratiſsimum potum efficit, ſaccharo ad libitum addito, per ſe etiam abſque vllo additamento.

Vſum eiuſmodi ſuccorum multiplicem agnoſcemus: Palato maximè in his, quibus denegatur, vinum apprimè eſſe vtile nemo eſt qui ignoret. Pro medicamento egregiè conducunt ad febrium ardorem extinguendum, ad tartareos, viſcidos, & craſſos humores attenuandos, incidendos, & diſſoluendos. Rurſus, ex dictis ſuccis ſal eſſentiale

para-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0312-3

paratur, vt in primo libro, quod quidem pro conſerua aſſeruari poteſt.

De radicibus, & ali js præcipuæ partes ab Impuris ſegregatæ, vti in prima parte diximus, ſiue tinctura, ſal, ſulphur, vel Mercurius ſaccharo poſſunt commiſceri, & ſic palato accommodari; Veruntamen in ſuapte natura citra dulcorationem conſeruari poſſunt, nec etiam amara guſtui, multum eſſe poſſunt ingrata.

## SECTIO II.

### *De Syrupis.*

QVantum diſtet formula medendi, qua hodie Medici vtuntur, ab ea quam vetuſtiſſima ętas olim agnoſcebat, ſatis videre eſt per medicamenta à 300. annis iuuenta, inter quæ ſyrupi primas tenent.

Syrupi appellatio Hipocr. & Gal. omnino ignota fuit; id medicamenti genus, iam dudum in artem inuexerunr Arabes ſaccharo maximè reperto. Etenim licet perobſcura ſint eius Inuentionis veſtigia, vti apud M. Varronem, eius tamen vſus non erat notus, & præſertim Medicis. Galenus in rebus à ſe notis haud mutus, id ſilentio non

inuoluiſſet. Cuius neſcio an quæuis illa guſtus voluptati adeò grata. Plinius in eo recenſendo lib. 12. cap. 8. adeo eſt breuis, & conciſus, vt ſua tempeſtate ipſum eſſe raro in vſu, & forte tunc paucis Romanorũ notũ oſtẽdat. Etenim nõ voluptati, ſed medicinę tantum inſeruiebat. Syrupi nomen, Gręcum ne ſit ab ὀπὸις & σύρω, vel potius ἀσύρια & ὄπος quod eſt liquor ex ſyria, vnde primo delatum ſaccharum, parum refert. Conſtat ſuccum eſſe, vel decoctum ſaccharo conditum ad certã craſsitiem. Multiplices ſunt, compoſiti, & ſimplices, purgantes, & alterantes, capitales, pectorales, &c. Quidam refrigerant, ali j excalefaciunt, verum hac curioſa diſtinctione omiſſa ad vſuales veniendum.

## *Syrupus Roſarum ſimplex.*

ROſa inter odoratos flores principatum tenet, hinc ῥόδον Græcis à nimio odoris effluuio; Nec immeritò, nam hortorum eſt decus, orbis delitiæ. Multiplex eſt domeſtica, & ſylueſtris; Domeſtica etſi multiplex in hortis appareat, tamen ea vera, & legitima eſt, quam vſurpant hodie Pharmacopolæ in ſyrupo roſaceo conficiendo. In nonnullis locis Damaſcenæ appellantur, in ali js Incarnatę, ſubrubrę, rubrę, pallidę, &c. Negant ali j veras eſſe Damaſcenas, & rubras eo no-

nomine ſolùm appellitant; Quicquid ſit, ſubrubrę odoratæ, & domeſticæ tantum vſurpantur, ex quibus primum fit *infuſio*, ex qua *ſyrupus*.

### *Infuſio Roſarum.*

℞ Florum Roſarũ damaſcen. manè antequam *ſolis calore perfundantur*, & *dum adhuc ros ille aereus earum fragrantiam*, & *poteſtatem coercet* lib 10. aquæ fontis lib. 40. Integris roſis, aqua tepens affundatur, & in vaſe terreo vitriato, ſtricti orificij, bene clauſo ſub cineribus calidis, vel in ſtuffa, per 24. horas macerentur, manè infuſio tepefacta, & parum calida colentur forti expreſsione, *etiam per torcular*, in colatura adhuc tepenti nouæ roſæ macerentur, & *ſequenti die pariter colentur*, atque tum nouæ roſæ infundantur, ſic nouies, & decies fiat infuſio; tunc ad ſyrupũ roſarum.

℞. Infuſionis ſupradictæ lib. 10. ſacchari albi lib. 6 clarificentur ſimul albumine oui per manicam laneam colentur. Colatura duplici vaſe, aut ſaltem lento igne coquantur, donec craſſeſcat in formã ſyrupi: Si minus ſacchari addideris, validius & efficacius operabitur, vt pro lib. 8. infuſionis lib. 4 Saccharum vſurpare *ſolent* multi, craſſum illud, & fœculentũ, quod nigrum, & *rubrum appellant*, & malè, ni fallor, falſo arbitrati, in craſſitie & fœculen-

culentia purgandi facultatem conſiſtere. Infuſio in cucurbitulis vitreis, ſola, & per ſe abſque ſaccharo ſeruatur, oleo ad duos digitos impoſito. Oleum eiuſmodi ſit dulce, & abſque ſapore, & odore graui; Infuſio prius inſoletur, & fœculentiores fœces ſegregentur, tunc eiuſmodi Infuſio poteſt omni tempore ſaccharo condiri & ſyrupus fieri.

Mel ſi addas, mel roſatum efficies, id tamen quod *in officinis vſurpant, non adeò diligenti in*fuſione paratur. Commiſcent nonnulli roſas tuſas melli tepeoti, idque ſoli expoſitum ad aliquot dies aſſeruatur, Colatur ad libitum, ipſis prius bene concalefactis, vel bis parant infuſionem, quam melle condiunt, & eiuſmodi melle pro Clyſteribus vtuntur; quàm verò parum diſcrepet à melle communi iudicent.

### *Syrupus Roſarum Spagiricus.*

SPagirica Ars elegantiores medicamentorum formulas docens in primis terreſtreitatem, fœculentiam, & omnem impuritatem ſemper ſegregat à medicamentis, eaque pura, & defœcata concoquit, exaltat, & nobilitat.

Concoquit, vt gratiora, & naturæ magis amica reddantur; *nobilitat*, & exaltat, vt in medendo non mœſtitia, & horror, ſed voluptas percipiatur,

&

&omnis labor, à patiẽte ſatis afflicto procul amandetur; Item vt eorum vires efficaciores, penetrantiores, & elegantiores reddantur. Nonne laborioſa ſunt nimis, & morbis ipſis prorſus grauiora, fœtida illa, craſſa ingrata, & obſcura medicamenta, quibus quotidie vtimur? Horret adhuc animus recordatione eorum, quibus olim vſus ſum, *dum adhuc puer, & præſentis artis ignarus*.

Itaque vt *Spagiricus nobiliſsimum, & elegan*tiſsimum Syrupum conficiat, infuſionem nouies, vel decies factam capit, atque eam non albumine oui depurat, ſed in fimo equino collocat, vitro ad hoc oblongo collo, exactis nonnullis dieb. fæces in *fundo deponit*, colatur, & colatura iterum in fi*mo collocatur, toties reiteretur*, quouſque fœces omnes ſubſiderint, *& infuſio clara, & diaphana e*uadat. Vt vero ſyrupum efficias, ſacchari albi lib. j. pro lib. ij. Infuſionis adde, coquantur ad ſyrupi craſsitiem, huius ſyrupi doſis erit vnc. j vſque ad vnc. *j. s. validior* euadet, ſi minorem quantitatem ſacchari addideris. Aluum purgando, renes refrigerat, & roborat; *bilem purgare dicitur, ſic bilio*ſis febribus commendatur, *blandum* eſt medicamentum, puerulis delicatulis tuto exhibetur, ſenibus etiam, & prægnantibus, mannæ, caſsiæ, & alijs exoticis præferendum. *Præterea infuſio in dupli*ci vaſe, vel balneo mariæ, ſi ſeorſum coquatur, craſ-
ſeſcit,

ſeſcit, in formam extracti, cuius pilula formetur drag j. & hæc eadem præſtat, atque ſyrupus.

Si paretur infuſio in ſucco earundem roſarum (vt Quercetanus inquit) erit ipſa adeò craſſa, & viſcida, vt vix quidem vllo medio depurari poſsis: ſolo ſulphuris, aut vitrioli liquore acido per lōgam fermentationem, & digeſtionem *id præſtabimus, ſed tunc in aliam tranſeunt naturam, nec adeò omnibus conuenient. Etenim quibus acida ſunt ſuſpecta*, omninò contraria, & moleſta erunt. Succus per ſe probè depuratus, & ſaccharo conditus ſyrupum efficit purgantem, & palato gratum minus tamen efficacem.

Roſę, quas rubras appellant, ex quibus fit conſerua, purgant contra omnium ſententiam. Experientia, non noſtra opinione, conſtat; quod ſi huius rei periculum facere velint, accipiant de eiuſmodi roſis drag. j. in puluerem cū quouis liquore, vel cum aliqua re in formam boli, & obſeruare licebit ab ea ſubduci aluum ter, & quater.

Interea ne quis nobis obijciat perſonarum conditionem, ætatem, & temperamentum, item temporis qualitatem, ſympatheiam, &c. ſciant velim idem in omnibus, & per plures annos vbiq; cōperuiſſe. Sympatheia, & Antipatheia non eſt tamen negligenda, & maxime in roſis, quib. nonnulli tantopere aduersātur, vt ſolo odore multos excruciet.

*Syru-*

## *Syrupus Violarum.*

VIola etſi multiplex eò tamen nomine indigitatur propriè, quæ martialis appellatur, & purpurea, quæ, vt veris prænuntia, ita inter vernos flores, emicat prima; eius virtus in odore, & colore potiſsimum conſiſtit, ideò in eius infuſione paranda, maximè habenda eſt cura; Imprimis eligantur nigriores, hoc eſt purpureo colore ſaturatiores, enatæ in apertis, & minimè vmbroſis locis, decerpantur antequam ſolis calor eorum odorem reſoluerit, item roribus nec madidæ ſi poſsibile, nam eo, vis, & odor, maximè obtunditur. Itaq; cum primum apertæ antequam vlla aeris iniuria odor effluxerit, colligantur, tunc ollæ vitriatæ ſtricti orificij indantur integræ, quibus ſuperfundatur aquæ tepidæ ſufficiēs quantitas, vt eas ſuperemineat duos digitos, infuſione facta per 12. horas atq; ea tepefacta, & tantiſper concalefacta coletur, colatura ſaccharo conditur, & fiat ſyrupus, vt de roſis diximus.

*Alio modo.*

FIt ex floribus diligentiſsimè ab omni parte herbacea, & albedine repurgatis, quos in mortariolo marmoreo cum piſtillo ligneo tere, tritis optimè ſacchari albiſsimi commiſce ad triplum, & quadruplum; ſaccharum ex coquatur priùs in formam Electuarij ſolidi, & calidè commiſceatur, ita maneant in infuſione per 24. horas, deinde parum concalefacta per torcular exprimantur, hoc expreſſum ſerua, quod erit in formam ſyrupi pulcherrimi.

*Alio modo.*

VEl fit cum ſucco dictorum florum, ex his enim priùs tuſis in mortariolo marmoreo cum piſtillo ligneo educitur ſuccus violaceus, qui ſaccharo mixtus pulcherrimum efficit ſyrupum. ſacchari ſint duę partes pro vna parte florum, mixta foueantur ſimul in balneo mariæ quoad iuſtam craſsitiem ſyrupi nanciſcantur, ſpuma interim remoueatur. Tandem cum oleo vitrioli fit violaceus, addendo oleum infuſioni dictarum violarum, at tunc pectori, cui potiſsimum dicatur, non eſt admodum opportunus.

Multis

Multis in locis ex dictis floribus plures infuſiones parantur, ex quibus ſyrupus, & mel conficitur.

Hic ſyrupus ad vnc. v & vi. exhibetur. purgat clementer bilem, & pituitam, in Eriſypelate, & phlegmone intrinſecis nulla purgatio tutior, & commodior.

Violaceus, ſeu is, qui retinet colorem, & odorem, pectoralis eſt, & cardiacus; in pleuritide, & febribus ardentibus commodiſsimè exhibetur.

*Syrupus florum Cynorrhodontis.*

NOſtra ſocordia pereunt multa vitæ tuendę neceſſaria, & vtiliſsima, atq; eorum loco exotica, ex longiſsimis tractibus allata ſupponimus. Roſæ Caninæ, quas Cynorrhodon profert, huius ſunt generis, eæ penes nos copioſiſſime naſcuntur, formæ elegantia, & pulchritudine atq; fragrantia peregrinis aromatis minimè inferiores. Aquas purgant citra morſum, bilem quoq; ac pituitam, propterea Conſeruæ ex his parantur, vti, & ſyrupus. Conſerua modo ſupradicto de roſis damaſcenis paratur, cuius vnc. s. validè bilem, & pituitam purgat abſq; vlla moleſtia.

Item ex his paratur ſyrupus, cuius odor, & color elegantiſsimus eſt, eiuſdem efficaciæ, & valoris. parantur ex his tres, & quatuor infuſiones, per

ac cum ſaccharo fit ſyrupus, vt ſupra diximus. doſis eſt, vnc. i. ad ij. vſq; ad tres.

*Syrupus florum Perſicorum.*

MAlus perſica cenſetur olim ex Aegypto, in Perſiam, deinde in Europam veniſſe, fructus eſt planè elegans, guſtum mira voluptate afficiens, plures ſortitur ſpecies, primas tenent, quæ aureo colore donantur, ſecundas, quæ ſanguineo. ex omnibus colliguntur flores, manè ante ſolis ortum, eoſq; vel integros, vel parum tuſos macerant triduo in s quantitate aquæ communis, In colata infuſione nouos flores infundunt, terq; hoc repetitur, colatura ſaccharo conditur, & ad vſum ſeruatur. Sacchari quantitas ſit æqualis infuſioni, aut duplo minus, ſaporis gratia. Aquæ quantitas floribus reſpondeat. Succus dictorum florum, vt ſupra diximus deſęcatus, & depuratus ſaccharo mixtus, ſyrupum quoq; prę-ſtantiſsimum efficit. Idem ſuccus in ampullis vitreis ſeruatur, vti ſuccus roſ. oleo communi ad duos digitos ipſi affuſo, vt officinarum mos eſt. Ad vnciam, & vnciam ſemiſſem exhibetur ad 2. vſq; ventrem blandè purgat, vermes enecat, obſtructiones reſerat, & putredini reſiſtit, ideò in putridis febribus tutiſsimè porrigitur.

*Syrupus Papaueris Rhaadis rubri, ſeu erratici.*

ISti flores menſe Iunij inter ſegetes rubeo colore ſaturati, odore verò ingrati, copioſiſsimi reperiuntur. Syrupus ex his duplici modò pariter conficitur. Vel ex ſucco eorum prælo expreſſo, vel eorum infuſione.

Efficacior, & præſtantior redditur, ſi infuſio paretur in eorum ſucco, eaq; bis, & ter reiteretur. Vis eius eſt aſtringens, & roborans, cum facultate bechica, & hypnotica, hinc omnibus pulmonum inflammationibus, peripneumonijs, & pleureſibus certò medetur. datur ab vnc. i. ad. ij. per ſe, & cum aquis pectoralibus.

*Syrupus roriſſolis, pedis gatti, Capillorum ven. &c.*

AD phtyſim, & alios morbos pectorales multis in locis parantur ſyrupi lagopi, alij gnaphalium montanum nominant, roriſſolis, Capillorum ven & cumplurium, modò ſupradicto. mitto breuitate plura alia ex quibus ſyrupos ad libitum parare poſſumus.

*Syru-*

*Syrupi acidi.*

LImonum ſuccus ob præſtantiam, & ſaporis dignitatem, omnes alios facilè ſuperat. In vaſe vitreo, calore balnei vaporoſi, vel maris ſeorſum excoquitur, dum ipſe incraſceſcit ſacchari candidi triti additur exigua quantitas, & fit ſyrupus extracti ſicci inſtar. idem ſuccus ſolis calore addenſatus, aut in hypocūſto, aut alio loco calido exſiccatus in formam ſolidam ſeruatur, in pixide, vaſe vitreo, aut quouis alio. eius minima quantitas in iuſculo, diſſoluta, aqua ſtillatia, communi aut ſimili, potum reddit gratiſſimum, & elegantiſsimum.

*Alio modo.*

PAratur ſuccus limonum vti moris eſt, eum videlicet purificando, & clarificando. interea ſaccharum albiſsimum ſoluitur excoquitur, & depuratur more ſolito, excocto in Electuarij ſolidi formam, additur dictus limonum ſuccus, & fit ſyrupus alijs ſyrupis liquidior, & tenuior, etenim acidi ſyrupi non tam citò ſitum contrahunt, ac cæteri; rurſus ſi in eandem craſsitiẽ aliorum ſyruporum excoquuntur breui canditi fiunt.

fiunt. aut ſi nimis indurati, coaleſcunt gemmarum inſtar. Incauti nonnulli ſuccum cum ſaccharo in principio concoquunt, inde ingrati, & mali coloris. ratio vaſis in quo excoquuntur non negligenda, ænea peſsima, vitrea aut terrea vitro indita ſeligenda ſunt.

### *Syrupus Ribes, malorum granat. &c.*

ACidorum omnium ſyrupi, methodo non diuerſa parantur, ideò ipſis libenter ſuperſedeo, & ad compoſitos deuenio, primò ad purgantes, eos pręſertim, qui in officinis habentur.

### *Syrupus de Epithymo M.*

IOhannes Meſues in ſuo Antidotario miris laudibus extollit Syrupum de Epithymo, maximè in atra bile expurganda, propterea omnibus affectibus ab ea originem trahentibus eum cõferre, vti cancro, Elephantiaſi, vlceribus malignis, & alijs.

*℞. Epithym, vnc xx. mirabol. citrin. Ind. an. vnc. xv.*
*Cuſcutæ,*
*Fumiterræ,* } *an. vnc. x.*

*Thymi*

| | |
|---|---|
| *Thymi, bugloſsi, calamenthi,* *mirabol. Emblicorum,* *bellericorum,* *glycirrhiſſæ,* *polypodij,* *agarici, ſtoecados,* | *an. vnc. xv.* |
| *roſarum, fœniculi,* *aniſi,* | *an. vnc. ij. s.* |

*prunorum num. xx. paſſul. enueleat. vnc. iiij.*

Thamarindi vnc. ij s. Aquæ communis q. s. bulliant ſecundum artem, & in colatura clarificata diſſolue ſacchari albi lib. iiij. ſapæ lib. ij.

Si huiuſce ſyrupi cōpoſitionem perpendamus, multa facilè reſcindemus, ſapam præſertim, & eius loco ſaccharum ſubſtituemus, pruna item, & Thamarind. quia aceſcunt.

Spagiricè fieri poteſt, bis vel ter reiteratis infuſionibus, hiſq; depuratis addere ſacchari quantitatem ſufficientem, eaſq; in extracti liquidi formam coquere. Doſis ab vnc. s. ad vnc. ij. *cum iuſculo carnis.*

*Syrupus de Polypodio.*

℞. Polypodij q. vnc. x. meliſſæ, bugloſſa an. man. i. Cyperi, Cort. rad. Capparorum, acori, aſſari an. vnc. s. Sennę, Epithym, Lactucæ, Endiuiæ,

uiæ, Scariolę an. vnc. j. s. coquantur in s. q. aquæ communis, colaturæ adde mellis roſati colati lib. j. fiat ſyrupus. Humores lentos, & craſſos digerit, vacuat bilem, atrum, ſuccum pituitam craſſam, & viſcidam è iuncturis.

Spagiricè fit hunc in modum. Cuncta per noctem infunde in s. q. aquæ communis, colatura clarificata, tepenti calore balnei, in extracti formam reducatur, cui ſub fine adde ſacchari albi circiter vnc. iiij. doſis erit à drag. ij. ad drag. v. & integrum.

*Syrupus de Cichorio Comp. cum Rhab.*

*℞. Endiuiæ Satiuæ, Endiuiæ Silueſtris,*
*Cichorij, Taraxaci an. m. ij.*
*Cicerbitæ, hæpaticæ, Scariolæ, Lactucæ, fumiterræ, lupulorū, an. m. i. hordei integri vnc. ij. Fructuum alcherrengi, Glycithiſæ, Capill. ven. aſplenij, polytrici, Adianti an. drag. vi. rad. apij, fœniculi, Aſparagi, an. vnc. ij. Coquantur in s. q. aquæ communis, & percolentur, in colatura diſſolue ſacchari albi q. s. pro vnaquaque libra intercoquendum adijciantur Rhabarbari optimi vnc. s. Spicæ Ind. lib. iiij.*

In nodulo colligantur, & inter coquendum frequenter exprimantur. Nicolaus tradidit ipſum valere contra materiam venenoſam in alterando,

& mundificando eam, & propriè in anthrace, &c. item in febre peſtilentiali, in iecoris intemperie, cum obſtructionibus.

Spagiricè fit methodo non diſſimili, omnia ſimul infundendo, coquendo, clarificando, & in extracti formam reducendo, ſal ex fecibus poteſt extrahi, eumq; extracto commiſceri.

*Syrupus de Pomis Regis ſaporis M.*

℞. *Succi pomorum dul. lib. ij.*
*Borraginis,* } *an. lib. i. s.*
*Bugloſsæ,*
*Foliculorum Sennæ, vnc. ij.*
*Croci, drag. i.*

Sena contrita horis 24. Succis maceretur ſemel aut bis feruefiat, coletur, expreſſum cum ſacchari lib. ij percoquatur in ſyrupum crocus panno lineo ligatus inter coquendum infricetur.

Succi ſeorſum depurati, more ſpagirico longè efficaciores ſunt illis, qui non ſunt defæcati, aut ſolo albumine clarificati.

Syrupus eiuſmodi non alia indiget correctione. Si pręſtantiorem reddere volumus, Sennę quantitatem augebimus. Coctio fieri debet in duplici vaſe vapore balnei, vel ſtuphæ. Vas ſit vitreum aut terreum vitro inditum. Vires eius ſunt in melan-

coli-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0328-2

cholicis affectibus optatiſſimæ, cordis palpitationibus vtiles, vertiginibus, &c.

*Syrupi de radicibus Ellebori, de Hermodactylis, de Brionia, &c.*

PRobare non poſſum ſyrupos de radicibus Ellebori, Hermodactylorum, Thurbith, Brioniæ, & ſimilium vehementium, cum additione calidorum ſimplicium, tàm purgantium, quàm alterantium, natura enim noſtra tantam rerum confuſionem ſine moleſtia ferre non poteſt, mallem in pertinacibus morbis, vbi benigna non ſufficiunt, ſimplicibus vti, hac de re ſyrupos ſimplices, tàm Ellebori, quàm aliorum probamus, illi verò ſic parantur.

*℞. radicum Ellebori nig. quant. s. macerantur integræ ſi recentes, aut ſi ſiccæ leuiter tuſæ in q. s. aquæ communis. Colatura ſaccharo condiatur, & fiat ſyrupus. Doſis ſit Vnc. i. ad ij. pro quantitate radicis, & ſacchari.*

*Syrupus fructuum ſpinæ Ceruinæ.*

*℞. Succi fructuum ſpinæ infectoriæ depurati lib. ij Sacchari albi lib. i. s. Coquantur ſimul in ſyrupi Craſsitiem, depurando prius ſuccum, vt artis eſt. aromatiſetur*

*pauco cinamomi bilem, pituitam, & ſeroſos humores purgat.*

*Syrupus fructuum Cucumeris aſinini.*

℞. *Succum fruct. Cucum. aſinini probè depuratum, ſaccharo albo ad libitum coque ſimul, & fiat ſyrupus: ab vnc. s. ad integram datur, vehementer ſeroſos humores purgat.*

*Syrupus Corallorum.*

℞. *Corallium rubicundum q. s. hoc primò pluries lauamus aqua communi in mortariolo porphyritico cum piſtillo ferreo, in quo peragendo comminuitur in puluerem craßum, tunc ſole exſiccatur, exſiccato ſuperfunditur ſuccus limonum optimè defæcatus, & depuratus, macerentur triduo in vrinali vitreo, in fimo equino, vel in balneo vaporoſo, effunde per inclinationem quicquid dißolutum fuerit, fæcibus nouum ſuccum reaffunde, cola, & procede, vt ſupra.*

*Deinde dicti ſucci accipe lib. i.*
*Sacchari albi vnc. vi.*

Coque in balneo vaporoſo, vel in fimo equino ad iuſtam ſyrupi conſiſtentiam. vas omnino ſit vitreum, & calor mitis.

Vires ſunt in omni fluxu ſanguinis, & in cardiacis affectibus, atque in inueterata dyſenteria.

*Sy-*

*Syrupus Perlarum.*

℞. *Vnionum perforatarum vel non perforatarum q. s. Succi limonum optimè depurati, q s Solue vt ſupra dictum eſt, in ſolutione ſaccharum candum diſſolue, & coque vt de corallis dictum eſt. vſus eſt in exſiccatis, phtyſicis, & in deliquijs animi.*

*De Electuarijs.*

## SECTIO III.

ELectuarium dicitur ex eo, quòd electis rebus componatur, ſunt verò ipſa, vel alterantia, vel purgantia, à purgantibus tanquam vſitatioribus incipiemus, & primò.

*Electuarium Diacatholicum.*

QVia vſitatiſsimum, & vtiliſsimum meritò primas tenebit. recens guſtui non diſplicet, vetus aceſcit, palatoque fit ingratum: communis deſcriptio apud multos varia traditur, omnium frequentiſsima eſt hęc Nicolai.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0331-8

℞. *Pulpæ Caſsiæ,*
*Pulpæ Tamarind.* } *an. vnc. ij.*
*Sennæ mund.*
*Rhabarbari el.*
*Polypod.*
*Violarum,*
*Aniſi an. vnc. i.*
*Glycirrhiſæ raſæ*
*Penidiorum,* } *an. vnc. ij.*
*Sacchari candi,*
*Quat. ſem. frigid. mai.*
*conterenda conterentur,*
*Polypodij recent.* *vnc. iij.*
*Sem. fœniculi,* *vnc. vi.*
*Sacchari albi,* *lib. ij.*
*Aquæ communis,* *lib. ix.*

Coquuntur ad ſyrupi conſiſtentiam, & ſupraſcriptis additis fiat Electuarium. Doſis ab vnc. ſ. ad vnc. j & dragc. x. omnes humores æqualiter purgare creditur, hac de cauſa vniuerſale medicamẽtum appellatur, acutis conferre traditur, *item* lienoſis, quartanis, quotidianis, tertianis, & arthriticis, Communis conficiendi modus eſt, extractis pulpis ſaccharum coctum cum decocto ſennæ, polypod. rhabar. violarum, aniſi, glicyrrh. fænic. miſcere.

Alij pulpis caſſiæ, & Tamarind. extractis miſcent

ſcent ſaccharum cum penidijs, & ſaccharo cando, coctum cum decoctione polypod. & fœniculi, tepefactis addunt pulu. ſennæ, rhabarb. polypod. violarum 4. ſem. f. m. aniſi, & glicyrrhiſæ. hæc efficacior, & rationi magis conſentanea. In hac multi cenſent inutilia glicyrrhiſam, violas, 4. ſem. frig. penidia. ſaccharum candum, & polypodium, nec ſine ratione: vnde prædicta à puluere ſemouent, eaq; potius in decocto coquuntur.

Spagirica correctio erit Caſſiam, & Tamarindos in præfato decocto per 2. vel 3. dies infundere, facta leui ebullitione in duplici vaſe clarificetur per lingulam, ſeu filtrum vel cum albumine oui, in colatura diſſolue ſaccharum album, & coquantur lento igne in vaſe vitreo ad extracti ſpiſſitudinem, de quo doſis ſit vnc. ij. & iij. Ex his neq; extracto neq; ſalia, neq; magiſteria, aut alia Chymica parari ſuadeo, ſunt alimentoſa, & eorum vis in illorum craſſa, & dulci ſubſtantia conſiſtit, aqua ſi corpus remanens vires, & gratiam amittunt, prçterea vis conſimilium, vt, & fructum in aerea ſeu tenuiſſima aura, vt plurimum conſiſtit, quæ vix præſentito igne euaneſcit, quapropter qui integris eorum viribus frui cupit recentes aſſumat citra vllam præparationem, eæ vbiq; aſſeruantur, & conditura minimè indigent.

Sunt qui Caſſiam ebulliunt in s. q. aquæ in qua

pri-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0333-0

primò incocta ſint fol. ſennę cũ aniſo, clarificant, & colant alij ſimul cum Caſſia bulliunt ſermam, & albumine oui clarificant, & aromatiſant cum cinamomo, quod non improbamus. Vinoſam eſſe Caſſiam, & ab ea ſpiritum elicere poſſe, non me latet, at infructuoſa ſunt, & inuſitata. Sal, quia corroſiuus, & à deſiderata facultate alienus, omittitur. Interea non probo mixtiones, quæ fieri poſſunt cum tartaro, ſero, & varijs ſuccis, aliena ſunt, & ſine methodo.

Catholica pleraque alia confici poſſunt, quæ ſunt validiora.

*Extractum, ſiue Electuarium Catholicum.*

℞. *Polypodij q. contuſi lib. ij. Sennæ oriental. lib. s. Rhabarb. Elect. Agarici, Thurbith gumoſi an. vnc. i. aniſi, macis, Cinamomi an. vnc. s cum s. q. aquæ Cichorij fiat infuſio, quæ coletur, & clarificetur, tandem coquatur in vaſe vitreo. & ſub fine adde mannæ Calabrinæ vnc. iiij. Sacchari albi vnc. vi. tantum, clarificentur iterum, & coquantur ad ſpiſſitudinem extracti de quo vnc. ij. ad vnc. s. detur pro doſi;*

*Aliud.*

℞. *Sennæ orient. Epithim, Cuſcutæ, ſem. Carthami contuſi*

*tuſi an. lib. i. Rhabarbari, michioacani contuſi an. vnc. ij. roſarum rub. vnc. ij. ſpicæ Ind. aniſi, an. vnc. s. In ſuccis depuratis lupuli, fumariæ, & boraginis fiat infuſio, in cuius colatura iterum infunde Agarici rhabarb. an. vnc. ij. cinamomi, macis, an. drac. i.* Coquantur parum, & iterum colentur, in colatura diſſolue *Sacchari albi lib. i.* coquantur lento igne in formam extracti, cuius doſis erit *ſcrup. i. ad drag. i. & drag. i. s.* vel per ſe, vel cum iuſculo carnis. Compoſita iſthæc verè catholica, vtramq; bilem purgant clementer, pituitam quoq; ſaburram tandem omnem craſſam, & viſcidam materiam ex ſanguine purgant.

*Extractum aliud.*

IN prima parte, ſectione de extractis, omnium præſtantiſsimum tradidimus, cuius vſus nobis eſt frequentiſsimus, maximè in morbis tartareis, vti in Arthritide, Aſthmate, Apoplexia, hemicrania, &c.

*Electuarium Lenitiuum.*

PRæſens Elect. vt cæteræ compoſitiones, quæ Caſſiæ, tamarind. prunor. pulpam in ſe recipiunt, aceſcunt, & ingratitudinem quan

dam contrahunt, præter inſuauem odorem, vnde in pluribus locis pro enematibus tantummodò aſſeruantur. ipſum verò componitur hunc in modum.

*℞. Paßul. enucl. vnc. ij.*

*Capill. ven. violarum, hord. mun. an. m. i. Iuiubarum, ſebeſten, an. n. xx. Glycyrrhiſæ vnc. ſ.*

*Prun. Tamarind. an. vnc. vi. ſennæ polypodij an. vnc. ij. mercurialis m. i. ſ.* Coquuntur in s. q. aquæ communis, in colatura diſſolue.

*Pulpæ Caſsiæ, Tamarind. prunorum, ſacchari violati an. vnc. vi. Pul. ſennæ vnc. iij. ſ.*

Fiat Electuarium. Quod ad lenitiuum magiſtrale, de manna, Diaſebeſten, diaprun. ſimp. compoſit. conſultò mittimus, maximè cum in paucisſimis locis in vſum veniant.

## *Electuarium Diaphœnicum.*

| | |
|---|---|
| *℞. Dactylorum mundatorum.* | *drac. c.* |
| *Penidiorum.* | *drac. ſ.* |
| *amygd. dul. mund.* | *drac. xxx.* |
| *Thurbith gum.* | *drac. xxxv.* |
| *Scammonij.* | *drac. xij.* |
| *Zingiberis, piperis longi.* | |
| *fol. ruthæ, cinamomi.* | |
| *Ligni aloes, macis, aniſi, fœniculi,* | |
| *dauci, galangæ,* | *drac. ij. ſ.* |

Da-

Dactyli triduo in aceto macerati, tundantur in mortariolo lapideo cum amygdalis, & penidijs, quibus ſubſequentium puluerem tenuiſſimum miſce, & cum melle deſpumato ſufficienti excipito.

Sunt qui ſex libras mellis accipiunt, & qui tres tantum, poſteriores nobis magis arridēt; ſunt enim penidia, dactyli, & amygdala loco mellis. Doſis ab vnc. s. ad vnc. j.

Febribus compoſitis, & diuturnis auxiliatur, bilem flauam, & pituitam educit. doloribus colicis, & ventriculi, & alijs malis ex crudo humore ortis mirificè confert. Baſis huius compoſitionis duplex eſt nominis, & virtutis. nominis ſunt dactyli, qui licet mole cætera ſuperent, reliquis virtute inferiores ſunt. Virtutis eſt ſcammonea, cuius vim roborat Thurbith. reliqua horum deleteriam facultatem retundunt.

*El. Diaphœnicum ſpagiricum.*

℞. *Scammonij ſpagiricè præparati, vnc. xij.*
*Extracti Thurbit, drac. xxxv.*
*Specierum ſupraſcriptarum rerum ſiccarum, & contuſarum, an. vnc. ij. s.*

Fiat extractum cum ſpiritu vini, vtriq; miſcebis ſcammonium, idq; etiam ſoluetur, quibus tandem ad corpus ſeu formam conciliandam, adde.

*Pulpæ dactylorum,*
*Pulpæ amygd* *an. vnc. ij.*
*Sacchari albi cocti.* *vnc. viij.*

Miſceantur,& fiat Electuarium, quod erit palato gratiſsimum, & in parua doſi exhibetur. quantitas erit drac. j. ad drac. ij. Salis extractionem minimè ſuademus, eam enim inutilem cēſemus, imò acrimonia ſua potius ventriculo nocere; remouemus magnam illam quantitatem pulpæ dactyl. & amygd. nec eſt vt exiſtimemus oleoſam eorum ſubſtantiam corrigere poſſe ſcammonium, & thurbith. Hæc ſolitaria ſpagiricè non rarò vſurpamus cum maximo fructu, & ſine minima læſione.

*Benedicta Laxatiua.*
*Nicol.*

℞. *Thurbith gummoſi.* } *an. drac. x.*
*Sacchari albi.*
*Diagridij, Eſulæ præparatæ.* } *an. drac. v.*
*hermodactyl. roſarum,*
*Caryophil. ſpicæ indicæ,*
*Zingiberis, croci, ſaxifragiæ,*
*Macropiperis, amomi, aut calami arom. cardam. min ſem. Carui, fœniculi, petroſelini, aſparagi, ruſci, milij ſolis an. drac. i. Mellis deſpumati lib. iij.* fiat Electuarium.

Com-

Componendi ratio eſt perfacilis, puluis miſcetur melli deſpumato, & cocto.

Humores pituitoſos purgat, eos maximè qui ad articulos decumbunt, à renibus etiam, & veſica.

Neſcio quo fato iſtud Electuarium intus non ingeratur, maximè in Gallia, & Italia, vbi Praxim medicinæ exercuimus.

*Frequentiſsimè in Clyſteribus vſurpatur, & preſertim in Coli doloribus, & etiã in omnibus Clyſteribus, doſis ab vnc. s. ad vnc. j.*

*Chymica correctio.*

CONtuſa omnia aromata macerentur in ſufficienti *quantitate vini ſpiritus* per tres dies, colentur & *clarificentur* per filtrum, & per alembicum proliciatur omnis humiditas, ſub fine adde, *Sacchari, vel mellis parum, circiter lib. s.* & fiat extractum; doſis drac. j. ad drac. ij.

*Benedicta ſimplex Chymica.*

℞. *Radicum Eſulæ virentis vel in veris principio, vel in fine autumni q. s.*

Contundantur in mortariolo lapideo, & macerentur triduo in s. q. aquę communis, coquantur pa-

parum, & colentur, facta clarificatione per varias digeſtiones, euaporentur in vrinali ad vaporem balnei mariæ, & fiat extractum, cui ſalem proprium adde.

Eſulæ cognitio adhuc obſcura eſt, pro ipſa vſurpamus Tithymallum Cypariſias, quæ herba omnibus nota eſt, in arenoſis, vt plurimum naſcitur, dicitur Cypariſias, quod humilis Cypreſſi ſimilitudinem æmuletur, copioſiſsima vbiq; terrarum naſcitur; eiuſdem radicis puluere olim vſi ſumus citra vllam præparationem, dabatur cum iuſculo ad drac. j. purgat bilem clementer, & ſeroſos humores; eius virtutem à ſcammonio minimè differre experti ſumus. In delicatis drac. s. ſufficit. Tota herba cum radicibus in mortariolo lapideo tuſa ſuccum fundit ſcammonio perſimilem, ipſum defæcatum, & ſolis radijs expoſitum atq; exſiccatum eidem ſcammonio reſpōdere certum eſt. virtus eius aduerſus quartanas, & longas febres extollitur.

*Tryphera Perſica.*

℞. *Succi ſolatri hortenſis,*
*Succi Endiuiæ veræ,*
*Succi lupulorum depurat.* } *an. lib. ij.*

Pro-

Proi jciantur deſuper *violarum.*

*roſarum,* *an. drac. iij.*

*fol. Sennæ,* *vnc. ij.*

*Agarici,* *vnc. i.*

*Prun. Damaſc.* *n. 50.*

*Cuſcutæ,* *vnc. s.*

*Mirabol. Citrin. Chebul.*

*Indorum fric. in ol. amygd. dul. an. vnc. ij.*

*Spicæ Indicæ.* *vnc. iij.*

Bulliant ſimul lento igne, donec ſuperſint lib. ij. & ini jciantur *Epithym drac. 40.* bulliant leuiter, deinde ab igne deponantur, & percolentur, atq; diſſoluantur in vna parte iſtius percolati.

*Tamarind. recent.* *vnc. iij.*

*Mannæ Elect.* *vnc. i. s.*

*Pulpæ Caſsiæ.* *vnc. iiij.*

*Sacchari violati.* *lib. i.*

Percolentur, & mundentur à granis, & ſordibus, atq; in aliam aquæ partem proi jciantur.

*Sacchari albiſsimi.* *lib. iij.*

*Aceti vini.* *lib. i.*

Coquantur leuiuſculo igne, deinde proi jciantur ſuper illud, quod diſſolutum eſt in ſuccis, & aggregentur ſimul in vno, atq; coquantur, donec mellis craſsitiem obtineāt, poſtremò in puluerem reductæ, ſequentes ſpecies inſpergantur.

℞. *Rhabarbari el. vnc. ij. myrobal. citrinorum, chebulorum, Indorum, an. vnc. i. Bellirícorum, Emblicorum, an. vnc. s. ſem fumiterræ, Trochiſc. diarrhodon, macis, maſtiches, cubebarum, ſpodij, ſantal. citrini, an. drag. ij.*

| | |
|---|---|
| *mel. ſem. cucurbitæ,* | |
| *citrulli,* | |
| *cucumeris,* | *an. drac. ij. s.* |
| *melonis,* | |
| *aniſi,* | *vnc. s.* |
| *ſpicæ indicæ.* | *drac. ij.* |

Inuoluantur in oleo violato, & reponantur in vaſe vitreo. datur ad vnc j. cum ſucco Intybi vel ſolani, & cum aqua frigida.

Dicitur conferre febribus acutis, ictericis, calidis inflammationibus ſtomachi, & hæpatis, viſum à fumis cholericis deperditum reparat, ſitim mitigat, morbos aduſtionis fieri prohibet. Hæc Meſues, vtinam vera.

## *Chymica præparatio, & correctio.*

SI quis pręſentis compoſitionis ſtructuram cõtemplatur, claram ſatiſq; manifeſtam agnoſcet maiorum noſtrorum induſtriam, quæ etſi à Chymicis lógè diſtet, ea tamen pro illis temporibus non caruit arte: tunc enim vagiens, & è cuma-

nabulis emergebat medicina, quando Meſues prædictam nobis tradidit. In qua examinanda nobis ſtatim proponitur, ob oculos ſolatri hortenſis ſuccus, quem ſuppoſititium nonnulli exiſtimát: nam etſi ſolatrum hortenſe ſupputetur à Galeno inter Nolera, vſu tamen probatur inter comeſtibilia nó eſſe habendum; & ſanè Dioſcorides id potius ad extrinſecos affectus commendat, quàm ad intrinſecos. præterea eiuſmodi planta, odore, & ſapore ſatis ingrata eſt, ventriculo non parum infenſa, & capiti noxia, qua de re nonnulli cenſent eius loco vſurpari poſſe ſucc Cichorij, borag. Cicerbit. Portulacæ, &c. multa prætereà occurrunt, vt fricatio ol violati pro ſpeciebus, Acetum cum Caſſia, & Tamarind. mixtura planè laborioſa, ingrata, & ferè inutilis, pro qua talem reponimus.

| | |
|---|---|
| ℞ *Succorum Cichorij,* | |
| *Boraginis,* | |
| *Lupuli,* | *an. lib. iij.* |
| *Endiuiæ,* | |
| *Fumariæ depuratorum,* | |
| *In quibus infunde Epithym.* | *vnc. v.* |
| *fol. Sennæ,* | *vnc. iij.* |
| *Agarici,* | *vnc. i. s.* |
| *Cuſcutæ,* | *vnc. ij.* |
| *Prunorum Damaſcen.* | *num. 50.* |
| *Rhabarbari Elect.* | *vnc. iiij.* |

*Myrobalanorum Citrinorum,*
*Chebulorum, Indorum,* } *vnc. iiij.*
*Belliric. Emblicorum,*

*Spicæ Ind. florum, violarum, roſarum,* *an. vnc s.*
poſt tres dies leuiter bulliant, & colentur colatura à fœcibus repurgetur. In Colatura diſſolue *Sacchari albi lib. iij.* Coquantur ad craſſitiem mellis, cui adde.

*Tamarind. pulpæ,* } *an. vnc. v.*
*Caſsiæ fiſt. pulpæ,*
*Mannæ Calab.* *vnc iij.*
*Conſ. Violarum,* *lib. i.*

quibus ſi addere velis ſequentia, concedimus.

*Trochiſci diarrhodon,*
*Macis, maſtiches, cubebarum,* } *an. drac. ij.*
*Spodij, ſantal. citrini, ſem. 4.*
*frigid. mai, mund.*
*Aniſi,* *vnc. s.*
*Spicæ Ind.* *drac. ij.*

miſceantur, & fiat Elect. doſis à drac. ij. ad vnc. s. & vnc. j.

Friuolum eſſet ex ſimplicibus ſalem extrahere velle, oleum minus.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0344-1
DFG

## *Confectio Hamech.*

| | | |
|---|---|---|
| ℞. *Myrobalanorum Citrin.* | | *vnc. iiij.* |
| *Chebulorum Indorum,* | } | *an. vnc. ij.* |
| *Rhabarbari el.* | | |
| *Agarici, colocynthidos,* | } | *an. drac. xviij.* |
| *Polypodij qu.* | | |
| *Abſinthij, Thymi, Sennæ,* | | *drac. vi.* |
| *Violarum,* | | *vnc. i. s.* |
| *Epithym.* | | *vnc. ij.* |
| *Sem. aniſi, fœniculi, roſarum rub.* | | *an. drac. vi.* |
| *Succi fumariæ,* | | *lib. i.* |
| *Prunorum,* | | *num. 60.* |
| *Paßularum enucleatarum,* | | *vnc. vi.* |

Macerentur omnia in ſero lactis caprini ſufficiente in vaſe vitrato per dies 5. poſteâ ferueant vna, aut altera ebullitione, colentur, colaturæ bene expreſſæ adde.

| | |
|---|---|
| *Pulpæ Caſsiæ,* | *vnc. iiij.* |
| *Pulpæ Tamarind.* | *vnc. v.* |
| *Mannæ,* | *vnc. iij.* |

frica manu cola, & adde Sacchari albi, lib. j. s.

| | |
|---|---|
| *Scammonij præparati,* | *vnc. i. s.* |

coque ad mellis craſſitiem, & adde.

| | | |
|---|---|---|
| *Mirobal. citrinorum, Chebul.* | } | *an. vnc. s.* |
| *Indorum,* | | |

*Belliricorum, Emblic.*
*Rhabarb.* } *an. drac. iij.*
*Sem. fumariæ,*
*Spicæ Ind. aniſi.* *an. drac. ij.*

Confice Electuarium. Morbis omnibus ex flaua bili, & pituita ſalſa natis, nempè impetigini, ſcabiei, elephantiæ, & cancro ſuccurrit. Datur ab vnc. s. ad drac. vj.

## *Chymica Præparatio, & Correctio.*

SPagirici ſcopus eſt, bonum à malo ſecernere, purum ab impuro, vtile ab inutili, atq; tum medicamenta reddere tutiora, & iucundiora. Pręſens confectio eſt maximè in vſu, in cuius elaboratione non multùm inſudabimus propter medicamenta alimentoſa quibus conſtat.

Parabitur elegantius hunc in modum. *Primò accipe ſuccum fumariæ optimè depuratum, ſeri lactis caprini pariter depurati q. s.* In his bulliant, primò paſſulæ, & pruna, cũ polopodij per duas horas, poſteà adde *myrobalanos contuſos, cũ ſeminibus, rhabarb. agarico, colocynthid. ſenna, thymo,* & reliqua; facta decoctione remoueantur ab igne, & ſtent in infuſione per 24. horas, tunc excalefiant paululùm, & colentur cum valida expreſſione, fæcibus ſuperfunde *nouum ſerum Caprinum*, bulliant parum, &

co-

colentur. ambæ colaturæ clarificentur *albumine oui cum ſaccharo, & manna*, coquantur ad mellis craſſitiem, paulò refrigeratis adde *ſcammonium* ſubtiliter pulueriſatum. cætera, quæ dicit Meſues addenda eſſe pulueriſata cum reliquis debent infundi, & coqui, aut ſi mauis ſeorſum tincturam elicere, eam miſce cum cæteris, & fiat Electuarium.

Supra diximus Caſſiam, *Tamarind.* & Mannam vim ſuam lubricā habere inſeparabilem à materia ſua; alimentoſa ſunt, & diſtillatione gratiam omnem amittunt; idem in Pane, & carnibus obſeruamus.

Alio modo poteſt ex omnibus confici Tinctura, *quæ ſaccharo mixta efficeret compoſitum ſatis elegans*. verū enimuerò *quia in exercenda praxi* famam viribus aſcriptis non reſpondere obſeruauimus, ideò de ea paucis erimus contenti.

Confectionem Hamech ſecundam, ſeu minorem tanquam inuſitatam breuitate præterimus.

*Electuarium roſatum Meſues.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Succi roſarum rub.* | *lib. iiij.* |
| *Sacchari albi,* | *lib. i. s.* |
| *Mannæ Calab.* | *vnc. vi.* |
| *Scammonij præparati,* | *vnc. i. s.* |

Co-

Coque igne lento ad mellis craſsitudinem, tunc adde ſubſequentia benè trita, & per cribrum tranſmiſſa.

*Trochiſc. de ſpodio,* *vnc. i.*
*Galliæ moſcatæ, croci,* *drac. ij.*
*Trochiſc. de berberis,* *vnc. s.*

Confice ſecundum artem. doſis eſt drac. v. Cholagogum eſt clemens, ob id ſalubre bilioſis affectibus, arthritidi calidæ, cephalalgiæ calidæ, vertigini, oculorum dolori, ictero. Meſ.

*Electuarium Eleſcoph.*

℞. *Scammonij Antioch. Thurbith albi an. drac. vi. Cariophyllorum, Cinamomi, zingiberis, myrobalanorum Emblic. nucis moſcat. polypod. an. drac. ij. s.*
*Sacchari albi,* *vnc. vi.*

Melle deſpumato, & cocto excipiantur, vel ſaccharo pro rotulis; aſſeruatur etiam in puluerem, & datur à drac. j. ad ſcrup. iii j. Elect. à drac. vj. ad iv. & 10.

*Elect. Diacarthami Villanouani.*

℞. *Medullæ ſem Carthami,*
*Hermodactyl. pul. diatrag. ſ.* } *drac. vi.*
*Thurbith,*

*Zin-*

| | | |
|---|---|---|
| *Zingiberis,* | } an. drac. ij. | |
| *Mannæ granat.* | | |
| *Diagridij,* | drac. iij. | |
| *Sacchari candi,* | } an. vnc. i. | |
| *Carnis Cythoniorum cond.* | | |
| *Mellis roſati,* | | |
| *Sacchari albi,* | vnc. iij. s. | |

Fiat Electuarium ſolidum.

*Elect. de Citro ſol.*

℞. *Cort. citri cond. conſ. fl. violarum. conſ. bugloſſi, pul. diatrag. frig.* an. vnc. s.

| | |
|---|---|
| *Thurbith,* | drac. v. |
| *Zingiberis,* | drac. s. |
| *fol. Sennæ,* | drac. vi. |
| *Sem fœniculi,* | drac. i. |
| *Sacchari albi,* | vnc. x. |

Fiat Electuarium ſolidum.

*Vel ſic*

℞. *Conſ. violarum borag.* drac. ij.

*rad. bug cond. cort. Citri cōd. an. drac. i.*

| | |
|---|---|
| *Zingiberis,* | drac. s. |
| *Diagrid.* | drac. iij. |
| *Thurbith,* | drac. iiij. |
| *Sennæ,* | drac. v. |

*Parus*

*Panis Sacchari,* *vnc. x.*

Fiat Elect. ſolid. doſis ab vnc. ſ. ad vnc. j. & drac. x.

*Electuarium de ſucco roſ. ſol.*
*Nicolai.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Succi roſarum,* <br> *Sacchari albi,* | *an. li. i. vnc. iv.* |
| *Scammonij præparati,* | *vnc. i. ſ.* |
| *Santal. rub. citrin. albi,* | *an. drac. vi.* |
| *Spodij,* | *drac. iij.* |
| *Caphuræ,* | *ſcrup. i.* |

Fiat Electuarium ſolidum.

*Chymica præparatio.*

SI iſthæc Electuaria nobilitare, & exaltare volumus, ex ſiccis, vt pote ex Turbith, Senna, Hermodact. Cinamomo, Gariophyll. Aniſo, Zingibere, &c. tincturam in formam extracti elicere poſſumus, cui adde Scāmonium Spagiricè præparatum, Manna, & Saccharum. Si ſolida expetamus, omnis humiditas à tinctura proliciatur, & Saccharum in formam ſolidam coquatur. doſis erit tunc minima.

Vires ſatis notæ ſunt, baſis eſt in omnibus Scāmonium. Si idem correctum expetimus, nulla

melior

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0350-4

melior eſt methodus, quá ea quę docetur à Chymicis, ipſum ſoluendo in aqua vitę, & repurgando ab omni impuritate, vt in prima parte docuimus. Salem extrahere methodo in prima parte tradita poteris, eumq; ipſis miſcere. Superſunt alia Electuaria purgantia, quæ breuitate miſſa facimus, vſitatioribus, & ſelectioribus contenti, nunc de alterantibus, inter quę primas tenent ea, quæ ſacra dicuntur.

*Hiera Picra S. Gal.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Cinamomi,* | an. drac. vj. |
| *Xilobalſami,* | |
| *Rad. Azari,* | |
| *Spicæ Nardi,* | |
| *Maſtiches,* | |
| *Croci,* | *drac. v.* |
| *Aloes electæ,* | *drac. xc.* |

*Triplo mellis cocti, excipiantur,* & fiat Elect.

Baſis eſt Aloes, cætera ſunt adiuuantia, & corroborantia. ventriculi vitioſis ſuccis ſuccurrit, frigidam intemperiem corrigit, aluum clementer ſoluit, & verè ſacra eſt compoſitio. doſis ab vnc. ſ. ad vnc. j.

*Chymica Præparatio.*

ALoes ſuccotrina ſoluatur in s. q. aquæ communis in vrinali vitreo, calore Balnei mariæ, ſoluitur verò reiteratis vicibus, nouam ſuperfundendo, tinctæ aquæ per nouum alembicum extillantur calore pariter blando, & humiditas in tantum euocatur, quantum requirit extracti forma. dum ſic paratur aloes ex aromatis tincturam pariter elice cum aqua endiuię, quam aloes paratæ miſce calidè, maſtiches ſeorsùm ſoluitur cum aqua vitæ, & in conſiſtentiam extracti adducitur, miſceantur omnia ſimul, quibus adde ſacchari ad libitum, ſaccharum in puluerem facillimè miſcetur. qua in re monemus hic non eſſe opus ſaccharo, etenim tanta eſt compoſitionis amaritudo, vt nullo pacto retundi poſſit vlla mixtura, ſine ſaccharo, etiam optimè ſeruatur, citra corruptionis metum. *doſis à drac s. ad drac. j. & s.* exhibetur potiſsimum in pilulas etſi *poſsit diſſolui cum quouis liquore* Qui in formam Electuarij aſſeruare *cupit*, mel vel ſaccharum ad libitum addat. *Sunt præterea*.

Hiera compoſita *Gal.* Hiera cum Agarico, Hiera diacolocynthidos, Pachij, Archigenis Hermetis, quas breuitate mittimus: omnes enim eadẽ me-

methodo poſſunt confici. Abſolutis pręcipuis Electuari js purgantibus his potiſsimùm, quæ ſunt in vſu, de alterantibus nunc dicendum, & maximè de Cardiacis, quas Confectiones appellant, & primò.

*Confectio Alchermes.*

℞. *Serici ſucco chermes recenter infecti*, *lib. i.*

Mergatur in ſucco pomorum dulcium, & aquę roſ. an. lib. j s. & dimitte per ſpatium horarum 24. deinde coque lento igne, donec liquores iſti rubeant, deinde extrahe ſericum, atq; inſuper exprime diligenter, mox infunde ſacchari albiſsimi lib. j. s. ad melliſq; craſſitiem coque. amoue ab igne, atq; miſce Ambrę griſeę minutim conciſæ drac. iii j qua liquata inijce pulueres ſequentes.

℞. *Ligni aloes*, } *an. drac. vi.*
*Cinamomi*, }
*Lapidis Cyanei loti, & præparati. margaritarum albi.* *an. drac. ij.*
*fol. auri*, *drac. i.*
*Moſchi boni.* *ſcrup. i.*

Miſce. Eſt maximi adiumenti ad cordis palpitationem, ſyncopen et triſtitiam ſine cauſa, & eſt ex



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0353-1

rebus confortantibus animam mirum in modum. M. Doſis ab aur. j. ad ij. s.

Nonnulla dubia torquent animum componẽtium, primum eſt de ſerico granorum kermes ſucco infecto, & putant nonnulli intelligi ſericum tinctum communi grano vulgò ſcarlatta, Gallis Cochenille, quod grani genus ex Alepo ad nos aduehitur, non quod ibi naſcatur, ſed ex Aethiopia, vel ex Perſide per mercatores eò deducatur, & hęc grana potius animalcula quędam, quàm grana alicuius vegetabilis alij non hęc animalcula, ſed grana cuiusdam arbuſti naturæ, & formæ quercus humillimę, & hęc arbuſcula copiosè naſcitur in Prouincia, & Gallia Narbonenſi. de quo in Hiſtoria generali Plantar. Monſpeſſuli, & Auenioni vbi abundantiſsimè colligitur, Pharmacopolę ex recentibus ſuccum exprimunt ſuper ſericum crudum, ex quo ſyrupus. nonnulli ſine ſerico cum ſucco ſyrupum conficiunt, & inter coquendum ſericum ebulliunt.

Secundò controuertunt acriter *nonnulli* inter ſe, an lapis Cyaneus primò debeat calcinari, an lauari tantum. illud preparati *non* intelligentes quid diuerſum, aut ſi quid *pulueriſati*, & non Calcinati ratio, & vſus *compoſitionis* quid faciendum ſit ſatis demõſtrant *Vſus* eſt ad cor exhilarandum, confortandum, & roborandum. lapis vero Cyaneus

neus crudus, & ſimpliciter lotus purgat vehementer ſurſum, & deorſum, quę proprietates cordi ſunt contrariæ. At Calcinatus primò, & lotus proprietates *illas amittit*, & *fit roborans*, & confortans, quod in hac compoſitione maximè deſideratur. ratio idem dictitat, etenim ſulphur, & ſpiritus antimonialis cum ſale volatili ipſius lapidis calcinatione tolluntur, & remanent ſulphur, & ſal fixus, quę *naturę amicę ſunt*, & *per conſequens* cardiacę. quod pariter *in ſingulis* mineralibus obſeruandum eſt, ratum firmumq́; tenentes in finis ſulphure, & ſale partibus vim roborandi conſiſtere.

De Ligno aloes, quod quidem ignoratur nihil dico, *lis eſt antiquiſsima*.

De auro foliato, atq́; *de margaritis lis eſt alibi* dirimenda.

*Chymica Præparatio.*

NOs quibus in omnibus *arridet* veritas, & qui aliorum opiniones probare non poſſumus ſine *manifeſta* experientia, dicant nobis quęſo quid *in ſerico probauerint* au. Mauri, quid poſteri, & tandem noſtra ętas. ſiccine

mor.

mortalium ſalus in ſola opinione conſiſtit? Vidimus puellam, quę caſu ſericum intruderat in ventriculum, quo ventriculi dolores oborti eam in grauiſsimos affectus cõcitarãt à quibus nullis medicaminibus ſubleuari poterat, donec ſtibio exhibito euomuit dictum ſericum conglomeratum per plures vices. Duplici via Chymicè parabitur, prima in qua totum Electuarium *cum ſuis faculta tibus manebit. Sic Accipe Confectionem* integram, *vt ſupra dictum fuit*, hanc infunde in ſufficienti quantitate ſpiritus vini, in vrinali vitreo ſuper calidos cineres, tinctum ſpiritum effunde ſenſim, & nouum reaffunde, qui tinctus, vt ſupra effundatur, ter nouum affunde ſpiritum, & extrahe, vt ſupra; liquorem eiuſmodi confectionis viribus, & qualitatibus imbutum per Alembicum euapora, & in vrinalis fundo manebit confectio, quam aſſeruabis in formam extracti. at hęc nobis non arridet, & ſequens magis erit in vſu.

Accipe ergo ſuccum granorum chermes depuratum more chymico, in eo ſolue *ſaccharum*, & fiat *ſyrupus* ad iuſtam craſſitiem, *interea* ſolue vniones cum *ſucco* limonum, & *euapora* ſuccum, & maneant margaritę *ſolutę*, quibus adde aquæ cinamomi s. vnc ol. *eiuſdẽ cinamomi* ſcrup. s. moſchum, & *ambarũ puluerisa* cum ęquali portione ſacchari candi, eaq; miſce margaritis, & his pulue-
rem

rem lapidis Cyanei, ligni aloes, & auri in pulue-rem leuiſſimum, vel in liquorem ſine corroſiuo ſolutum, omnibus lento igne mixtis fit confectio elegantiſsima, pro ligno aleos ſantalum citrinum aſſumatur hoc non pręparamus alio modo, quod ſit in minima doſi. Ambarum pariter, & Moſchum maiorem non requirunt præparationē, ſunt enim à natura adeò exaltata, & naturę accommodata, vt fruſtra videatur eorum pręparatio, etſi non negem in ipſis impuritatem adeſſe, eaq; altiori gradu exaltari poſſe.

*Confectio ſeu Elect. de Gemmis M.*

| | |
|---|---|
| ℞ *Margarit. albarum.* <br> *Saphyri, Hyacinthi, Sardæ,* | *drac. iij.* |
| *Granatorum, Smaragd.* | *an. drac. i.s.* |
| *Zedoariæ, doronici, cort citrij,* <br> *Macis, ſem. Ocymi Caryopill.* | *an. drac. ij.* |
| *Corall. rub. elect. limaturæ eboris,* <br> *Behen albi,* <br> *Behen rub.* <br> *Caryophyllorum,* | *ſcrup. i.* |
| *Gingiberis,* <br> *Piperis longi,* <br> *Spicæ nardi,* <br> *Folij, Croci,* | |

*Car-*

*Cardamomi,*
*Throchiſc. diarhod.* } *an. drac. v.*
*Ligni aloes.*
*Cinamomi,*
*Galangæ,* } *an. drac. i s.*
*Zurumbeth,*
*Fol. auri, argenti.* *ſcrup. ij. s. q. v.*
*Moſchi,* *drac. s.*
*Ambræ.* *drac. ij.*

Confice cum melle Emblicato, & melle roſato colato an. q. s. vel etiam ſaccharo aqua roſ. ſoluto ſi ſolidum facturus es.

Malis cordis, ventriculi, Cerebri, iocinoris, & vteri frigidis auxiliatur. Item palpitationi cordis, defectioni animi, ac concoctioni. Triſtitiam deniq; citra cauſam ortam amouet, doſis à drac. j. ad j. & s.

### *Chymica Præparatio.*

TOta præparandi difficultas in pretioſorum lapidum præparatione conſiſtit. vulgata parandi methodus ſola trituratione ſuper porphyritem continetur, quàm tanquam ineptam, & inutilem reijcimus. Quòd ſi chymicos labores reijciant, addiſcant ſaltem modum ſoluendi eorum duritiem, & friabilem reddendi eorum con-

conſiſtentiam, tunc facilius à calore noſtro ſubiunguntur, & atteruntur. Eiuſmodi præparationem docebimus paulò inferius ne bis repetere eadem cogamur.

*Confectio Hyacinthina.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Hyacinthorum orientalium,* | *drac. i. s.* |
| *Smaragdorum, Saphyrorum,*<br>*Topaſiorum, Rubinorum,*<br>*Margarit. non perforat.* | *an. ſcrup. ij.* |
| *Cor all. rub. alb. ſpodij, raſuræ eboris,*<br>*Xiloaloes,* | *an. drac. s.* |
| *Oſsium de corde cerui,* | *num. x.* |
| *Serici crudi,*<br>*Cornu Cerui vſti, cũ aq. roſ. loti,*<br>*Sem. portulacæ,*<br>*Sem. coriandri præparati,*<br>*Sem. acetoſæ,* | *an. ſcrup. i.* |
| *Santal. omnium,* | *an. drac. i.* |
| *Been albi, & rub.*<br>*Cort. rad*<br>*Dictami,*<br>*Rad. Torment.*<br>*Terræ lemniæ præp.*<br>*Boli arm. lutei,*<br>*Roſarum rub. incomp.* | *an. ſcrup. ij.* |

*Sem. Citrij rec. decoct.* *ſcrup iv.*
*Fol. auri,* *num. 40.*
*Ambræ griſeæ,*
*Moſchi or.* } *an. g. 8.*

Terantur omnia ſubtiliſsimè ſecundum artem, & cum ſaccharo albiſsimo diſſoluto in s. q. ſucci citrij depurati fiat Confectio ſolida, vel mollis. Doſis drac. j. Cor mirabiliter roborat, vires deperditas reparat, putredinem præſentem corrigit, & futuram præcauet, ob id in febribus peſtilentibus ſummum eſt præſidium.

*Chymica Præparatio.*

FRagmenta gemmarum arduam, & difficilem ſubeunt præparationem, ob earum duritiem, quam vt primò ſuperemus, dicta fragmenta, & in formam potabilem aut ſaltem friabilem, & mollem, vt à natura facilè excoquãtur. reducéda sũt trita ẽt ſubtiliſsimè minimè à natura ſubigi poſsũt, & quæ vulgò ſuper porphyritẽ lęuigantur tantum, non ſolũ nullius ſunt efficaciæ, ſed & non parum obſunt ventriculo. hac de re conſulo, vt dicta fragmenta mollia, & friabilia reddantur prius, poſteà ſuper lapidem porphyritem in pollinẽ reducantur. mollia verò duobus modis redduntur, primò per aquam fortem pe

culiarē, qua via molleſcunt, & ex his noui lapides efformari poſſunt, quibus priſtinam duritiem reddit acetum; verùm quia corroſiua eſt nimis dicta aqua in medicina, eorum vſus nullus eſſet. Altero modo igniantur ter in Crucibulo, & toties in aqua extinguantur, & hac via tenera, & friabilia reddentur. Apud Chymicos via ab his diuerſa reperitur, qua promittunt eorum reſolutionem fieri in Quintam eſſentiam, Oleum, Tincturam, Salem, &c. quibus aſſentiri non poſſum, vbi maximè experiētia cōtrariū demōſtrat, etenim neq; ſulphure neq; nitro poſsūt calcinari, minus per acetū ſolui, reliquum cuilibet iudicandum relinquo, Itaq; cum eorum ſolutio hucuſq; non ſit nota, mollificatione illa, quę fit in aqua communi contenti erimus, nec curamus quicquid alij proferāt ſpecioſis titulis ſuas pręſcriptiones decorādo; rurſus arbitramur eorū corpora à natura ſufficienter depurata, & omni fæculenta materia eſſe libera; item eadem aſſumenda integra citra aliam fucacatam præparationem, propterea ex vegetabilibus præcedentium Extractum more ſolito parabimus, cui miſcebimus fragmenta modo dicto præparata, quibus Moſchum, & Ambram. Vniones ſufficienter emolliuntur ſucco limonum, cuius acrimoniam remouebimus ſola affuſione aquę communis. Corallia quoq; vel aceto vel ſucco li-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0361-5

monum liquantur, vti ſupra diximus; ex Cornu Cerui ſalem facillimè parabimus. Os cordis Cerui aceto pariter diſſoluitur, quantitas eius non eſt tanta, vt ex eo ſalem parare poſsimus; qui ſericum deſiderat. ipſum minutim forficibus incidat, & ſuper porphyritem cum fragmentis id ipſum terat, fragmenta equidem etſi artificio ſupradicto mollia, & friabilia reddantur, retinent tamen aliquam duritiem, quæ ſub porphyrite læuigari, & in polinem verti, vt facilius à calore noſtro ſubigantur, neceſſe eſt; quod ad calcinationes eorũ ſciant nos eas attentaſſe pluries, & cum ſulphure, & cum ſale nitro, & id fruſtra: qua in re demirari ſubijt, cur tot homines docti in re tàm manifeſta mentiri non erubeſcant.

## *De Opiatis atq; de Antidotis.*

Antidotus, & Antidotum, Electuaria ſunt ita dicta ab effectu, quaſi contra venena data. Opiata ab opio, quod eſt ferè omnium baſis. Incipiam à Theriacis tanquam vſitatiſſimis, inuſitata alia breuitate omittens. Itaq; Theriaca ſic habetur.

*Theriaca Andromachi Sen. ex Gal. primo de Antidotis.*

℞. *Trochiſc Scillitic.* drac. xlviij.

*Trochiſc.*
*Viperarum,*
*Hedicroi,* an. drac. xxiv.
*Piperis longi,*
*Opij,*

*Roſarum rub.*
*Iridis Illyr,*
*Succi Glycyrrhiſæ,*
*Sem. Napſi ſylueſtris,* an. drac. xij
*Scordij,*
*Opobalſami,*
*Cinamomi,*
*Agarici,*

*Myrrhæ, Coſti,*
*Croci,*
*Caſsiæ ligneæ veræ,*
*Nardi Ind.*
*Schænant.*
*Thuris,* an. drac. vi.
*Piperis nigri, albi, dictami,*
*Cretici, Com.*
*Marrubij,*

*Rha-*

Rhapontici, Stæchadis,
Sem. Petroſelini,
Calamint. mont.
Therebint.
Zingiberis,
Rad. quinq. fol.
Polij montani,
Chamæpithios,
Styracis calam.
Meu, Amomi,
Nardi Celticæ, terræ lemniæ,
Phu, Chamædryos,
Folij, Chalcitidis toſtæ,
Gentianæ,
Aniſi torrefacti,
Succi Hypociſtidis,
Carpobalſami, an. drac. iiij.
Gummi Arabici,
Sem. Fæniculi,
Cardamomi,
Seſeli,
Acatiæ,
Thlaſpi,
Hyperici,
Ammi,
Sagapeni,
Acori.

Ca-

*Caſtorij,*
*Ariſtolochiæ tenuis,*
*Sem. Dauci Cretici,*
*Pinpinellæ noſtræ,*
*Bitumminis Iudaici,* } *an. drac.ij.*
*Opopanacis,*
*Centacirij min.*
*Galbani,*
*Mellis deſpumati,* *lib.xvi.vnc.vi.drac.ij.*
*Vini optimi odorati q. s.*

Communis Theriacæ præparatio fit facili methodo, reducendo in puluerem ea, quæ facilè teri poſſunt, duriora primò contundentes, vt radices, cortices, ſemina, folia, flores, hinc trochiſcos, & Terras cum Chalcitide, & reliqua. Opium ſoluitur cũ vino, vti Caſtorium ſuccos Hyppochiſtidos; acatia, & Gummi, & hæc omnia melli deſpumato, & cocto in formam Electuari j liquidi miſcentur.

Hic Bononiæ, vbi degimus, deſcriptionem paulò ab hac differentem ſequuntur Pharmacopolæ; ſed non tanti eſt, vt nouam tradere neceſſe ſit. vti in ſuo Antidotario videre eſt. mellis quantitas eſt lib. x. nec ſine ratione.

Portentoſa iſthæc Antidoti deſcriptio cauſa eſt cur Plinius in medicos ſic inueheretur. Fraudes hominum, & ingeniorum, capturæ officinas inuenere iſtas, in quibus ſua cuiq; homini venalis

pro-

promittitur vita. ſtatim compoſitiones, & mixturæ inexplicabiles decantantur, Arabia atq; India in medio æſtimantur, vlceriq; paruo medicina à rubro mari importatur, cum remedia vera quotidiè pauperrimus quiſq; cænet. & reuera ſi eius compoſitionem examinare velimus, pleraque inutilia, pugnantia, contraria, & diſsona reperiemus, hinc confuſionem meritò dicemus non compoſitionem. & primò ſi viperarum caro, aduerſus venenoſorũ animalium ictus ad quid Trochiſci de ſcilla, quæ licet vi inciſiua, acri, & corroſiua polleat, cuius cauſa in cataplaſmate ſcribitur, applicari, viperarum ictibus, intrinſecus conferre minimè creditur. his accedunt Trochiſci Hedicroi ex multis aromatibus ad; hos farrago illa ex aſtringentibus, laxantibus, acribus, odoratis, fætidis, dulcibus, amaris, narcoticis, quis ex tanta multitudine nõ formam, aut temperamentum vnum, ſed potius confuſionem reſultare credat? Mitto pleraq; incerta, & incognita, vt Agalochum, carpobalſamum, balſamum ipſum, amomum, coſtum; Caſſiam ligneam, de Chalcitide, vſta lis adhuc eſt, an pro conciliando colore, an pro augenda, vel conſeruanda virtute, vtcunq; ſit, aduerſus ferarum ictus, imo aduerſus intrinſecos morbos, nullum medicorum eam dediſſe vnquam certò videmus; ratio idem docet. vires, &

fa.

facultates omnibus innoteſcunt; præcipua facultas, cuius cauſa in frequentem vſum venit, eſt narcotica. hac de re in Colicis affectibus, in Phreneticis, in Aſthmaticis, & in omnibus doloribus fæliciter vſurpatur. Doſis præcipua à ſcrup. j. ad drac. j. s. in formam boli vſurpatur. Galenus mira de ea decantat. qui plura deſiderat, legat eum primo de Antidotis, & ad Piſonem.

*Chymica Compoſitio.*

QVi in rerum cognitione periti ſunt, præſentem compoſitionem duplici modò parare poſſunt, primo iuxta formã à ſuperiori non diuerſam, ſelecta ſeligentes, & inutilia reſcindentes, hunc in modum.

℞. *Carnem viperarum præparatã in formam ſiccam, vt dicemus,*
*Opij Thebaici ſpagiricè præp.* } *an. vnc. vi.*
*Scordij, Dictamni,*
*Pentaphylli,*
*Gentianæ, Croci,*
*Sem. Echij,*
*Imperatoriæ,*
*Piperis longi,*
*Zingiberis, Myrrhæ,*
*Maſtiches, Stæchados,* } *an. drac. xij.*

*Terræ lemniæ,* *unc. i.*

*Triplo mellis albi cocti, & deſpumati,* excipiantur, & fiat Antidotus.

Quercetanus aliam à ſe reformatam tradit, quam qui deſiderat, ſuum authorem conſulat.

Secundo in Extracti formam, è fæcibus oleũ, & ſalem conficientes, & cum portione exigua mellis vel ſacchari totum commiſcentes, e quibus Antidotus.

Nos perfacilem methodum trademus, qua Theriacam elegantiſsimam, & perfectiſsimam parare vnuſquiſq; poterit. In primis pro Trochiſcis de viperis, Carnes eorum aſſatas, ſeu potius lento igne exſiccatas in tigillo terreo vitreato, eas priùs irrorando cum tantillo aquæ vitæ. adhoc viperæ à capite, cauda, cute, & interaneis liberentur, & eas priùs aqua communi benè lautas in fruſta incide, tunc tigillo terreo optimè vitreato lento igne ipſas exſicca. numerus dictarum. 40. aut 50. ad minus deſiderantur; caro eiuſmodi viperarum fit boni odoris, & ſaporis, & in tantum, vt cum ferculis eas ſæpe exhibuerimus ægris, tam in prandio, quam in cęna.

℞. *Dictarum viperarum,* *unc. iv.*

*Terræ ſigillatæ,* *unc. i.*

*Salis fæcum extracti Ther.* *unc. s.*

*Extracti lignorum, rudicum, herbarum, ſeminum,*

*& florum, cum aqua vitæ ſimplici facti, vnc. vi. Opij aqua vitæ ſoluti repurgati, & in formam mellis adducti, vnc. ij. Sacchari albi lib. i. Miſce.*
Fiat Antidotus, cuius ſcru. j. ad ſcru. ij poteſt exhiberi, puerulis ſcrup. s. ſufficit; eadem pollet facultate, imo in omnibus efficacior eſt quauis altera Gũmi, ſuccos, Chalcitidem, & mel ab ea libenter remouemus, ne aliorum vim obtundant, confuſionem pariant, & ingratam reddant.

*Theriaca Diateſſaron.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Gentianæ, Baccarum Lauri,* | } *an. vnc. ij.* |
| *Myrrhæ, Ariſtolochiæ rotund.* | |
| *Mellis deſpumati,* | *lib. ij.* |

Miſce, fiat Antidotus.

*Mithridatium Andromachi.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Glycyrrhiſæ,* | *drac. viij. ſcrup. s.* |
| *Opij,* | *drac. v. ſcrup. i.* |
| *Folij, Nardi Celticæ,* | } *an. drac. iv.* |
| *Sem. fœniculi,* | |
| *Gentianæ, Meu, Roſarum ſicc.* | |
| *Cardamomi,* | |
| *Caſtorij, Thuris, Myrrhæ,* | } *an. drac. vi.* |
| *Succi Hypociſtidis,* | |
| *Polij, Coſti, Seſeli, Caſſiæ,* | *an. drac. v. ſcr. i.* |

| | |
|---|---|
| *Nardi Indicæ, Scordij,* <br> *Cyphi, Schœnanthi,* <br> *Opopanacis, Therebint.* | } *an.dr.vi.ſcr.i.* |
| *Acori, Phu, Hyperici,* <br> *Acaciæ, Gummi,* <br> *Carpobalſami, Sagapeni,* | } *an. drac. ij.* |
| *Croci, Cinamomi, Zingiberts,* | *an.drac.vij ſcr.i.* |
| *Styracis,* | *drac. v. ſcrup.ij.* |
| *Dauci,* | *drac. vi. ſcrup.s.* |
| *Petroſelini,* | *drac. iv. s.* |
| *Piperis longi,* | *drac.iij.s.* |
| *Aniſi,* | *drac. iij.* |
| *Thlaſpi, Opobalſami,* | *an.drac.vi.ſcr.ij.* |
| *Galbani,* | *drac. vij.* |
| *Scinci,* | *drac.ij.ſcrup.ij.* |
| *Vini optimi, Mellis deſpumati,* | *an.q.s.* |

Fiat Antidotus more Theriacæ.

Doſis, vt Theriaca. Virtutes Theriacæ ęquales, paulò forte debiliores quantum ad ferarum ictus. Mithridates maximus ſua ętate Regum, quē debellauit Pompeius, primus fuit inuentor huius antidoti, ex quo nomen eius retinet.

*Chymica Præparatio.*

MOdo à Theriaca non diuerſo paratur iſtæc Antidotus. Ex omnibus fit Extractum cum ſufficienti quantitate ſpiritus vini, cui loco mellis ſaccharum album ad iuſtam doſim additur. Gabanum, Sagapenum, Opopanax ſoluantur priùs cum aceto, percolata excoquantur ad mellis craſſitiem, quibus Therebinthina, miſcebis & his ſaccharum, & Extractum, & omnia ad lentiſsimum ignem. Ex fœcibus oleum elice per retortam, igne cinerum, hoc autem propter graueolentiam circulabis pluries cum aqua communi, qua arte tetrum illum odorem remouebis. Iterum ex fœcibus extracti olei ſalem elicies, quem extremo cum oleo miſcebis, & fiat Antidotus.

Doſis à g. x. ad ſcrup. j.

Theriaca Diateſſaron eadem arte paratur cum ſpiritu vini fit Extractum, quod in pixide vitrea aſſeruatur. neq; mel neq; ſaccharum additur, nam per ſe optimè ſeruatur. Vſus tam Theriacę, quàm Mithridatij, longè lateq; extenditur, & maximè aduerſus, Venena, cõtra ferarũ, viperarũ, aſpidum morſus etiam aduerſus venenatos, peſtiferoſque

mor-

morbos, capitis doloribus ſuccurrit, ventris torminibus, lumbricis, aſthmaticis, antiquę, & moleſtiſsimę tuſſi, & coli doloribus medetur. reliqua breuitate mitto.

Plures ſunt huius nominis compoſitionis ſpecies tàm penes Dogmaticos, quàm penes Chymicos, quæ vt inuſitatę breuitate à nobis omittuntur. Quercetanus Egregias proponit, quas cęleſtes appellat, & regias, nos ob incertam, nec ſatis probatam compoſitionem eas pariter ſilentio prętерire cenſemus.

*Philonium Romanum Meſ.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Piperis albi, Sem Hyoſcyami albi,* | *an. drac. xx.* |
| *Opij,* | *drac. x.* |
| *Croci,* | *drac v.* |
| *Spicæ, pyrethri, Caſtorij,* | *an. drac. i.* |

Miſce cum mellis deſpumati quadruplo. Doſis à drac. s. ad integram.

*Chymica Præparatio.*

PRęcipuus ſcopus in parandis remedijs ad ſeparationem puri ab impuro dirigitur, & quia tria rerum principia agnoſcit ſpagirica, iſtæc ſeparare ab omni terreſtreitate, ſuperflua-

ſuauè materia primò aggreditur. Itaq; in hoc medicamenti genere, ſicuti in alijs, ſalem volatilem cum tinctura cum proprio diſſoluente ſegregat, ſulphur poſtea, & ſalem fixum elicit, & omnia ſimul miſcens conficit medicamentum nobiliſsimum, & præſtantiſsimum.

Opium aceto, vel ſucco aliquo acido ſoluitur à Quercetano, nos ſimplici aqua vitæ contenti ſumus non negamus acetum, & liquores acidos eius ferociam retundere poſſe, & eius facultatem narcoticam promouere; antequam ſoluatur, vult ipſum priùs in fruſtula exigua incidi, & in patina ferrea ordinatim diſponi, vt blando calore exhalet eius ſulphur narcoticum, & fætidum, quod nos experiri volentes probauimus medicamentum ex eo confectum minoris eſſe virtutis, & in ſedandis doloribus, eo quod non eſt vſtulatum longè inferius; qua de re ſuadeo integrum, & tantum ſolutũ, & deſæcatum per aquá vitæ vſurpandũ eſſe.

Ad hoc Opiatæ genus reducuntur, ea quæ dicuntur Laudana, de quibus variæ extant deſcriptiones, nos confuſionem vitantes, ſimplicem hanc compoſitionem vſurpamus fæliciter.

*Laudanum ſimplex.*

℞. *Opij depurati, & defæcati, vt ſupra diximus drac. i.*
*Croci Tincturæ,* *drac. s.*
*Moſchi,* *ſcrup. s.*

Miſce fiat compoſitum, de quo dentur g. iiij. ad 7. & 9.

*Laudanum magis compoſitum.*

℞. *Piperis longi, Myrrhæ,*
*Galangæ, Caſtorij,* } *an. vnc. s.*
*Croci,* *drac. ij.*
*Opij,* *vnc. i.*
*Cum ſpiritu vini.*

Fiat extractum, de quo grana 5. 6. & 7. pro doſi. Vterinis doloribus mirificè ſuccurrit, alijs quoq; doloribus medetur.

*Laudanum Paracelſi.*

℞ *Opij Thebaici,* *vnc iij.*
*Succi Hyoſcyami ſole inſpiſsati, vnc. i.*
*Specieũ Diãbræ, & Diamoſchi, an. vnc. ij.*
*Mumiæ ſelectæ,* *vnc. s.*
*Salis perlarum,*
*Corallorum,* } *an. drac. ij.*

*Liquo-*

*Liquoris ſuccini albi per aluhol.*
*Vini extracti,*
*Oſsis de corde cerui,* an. drac. i.
*Lapidis Bezoardici,*
*Vnicornu,* } an. drac. i.
*Moſchi,*
*Ambræ,* } an. ſcrup. i.

Fiat ſecundum artem extractum.

Quercetanus ſpecioſas Laudani ſpecies nobis depingit, alij alias paulò ab his diuerſas proponunt, noſtra vſu, & experientia probata attulimus. Circa ſulphur narcoticum vitrioli, dicimus nos extraxiſſe pluries ſubſtantiam quandam ſulphuream ex Antimonio crudo vi narcotica, & vitriolica præditam, cuius duo vel tria grana exhibita ſomnum excitant, & multos dolores ſedant.

*Laudanum nouiſsimè repertum.*

℞. *Seminis Daturæ,* vnc. i.

*Contunde großo modò, et infunde in s. q. ſpiritus vini,* euapora ad medietatem, & habebis ſoporiferum præſtantiſsimum, de quo cochlear vnum pro doſi ſufficit in Phrenitide, & in omnibus doloribus tutius exhibetur, quam quoduis opiatæ genus.

*Requies Nicolai.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Roſarum rubrarum,* <br> *Violarum,* | } *drac. iij.* |
| *Opij, Sem. Hyoſciami albi,* <br> *Sem. papau. albi, Nigri,* <br> *Corticis, Mandragoræ,* <br> *Sem. ſcariolæ,* <br> *Sem Lactucæ, Sem. portulaccæ,* <br> *Sem. pſylli, Nucis moſchatæ,* <br> *Cinamomi, Zingiberis,* <br> *Sacchari,* | } *an. drac. i. s.* |
| *Santal. albi, rub.* <br> *Citrini, Spodij,* <br> *Tragacantæ,* | } *an. ſcru. ij. g. v.* |
| *Mellis deſpumati q. s.* | |

In puluerem aſſeruatur in officinis, vt plurimum in formam opiatę in nonnullis locis doſis à drac. s. ad drac. j.

*Laudanum vniuerſale.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Opij Chymicè præparati,* | *vnc. s.* |
| *Antimonij Diaphoretici,* | *drac. ij.* |
| *Ambræ griſeæ,* <br> *Croci orientalis,* | } *an. drac. s.* |
| *Moſchi,* | *ſcrup. i.* |

Cum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0376-9
DFG

Cum ſyrupo de Papauere n. fiat maſſa doſis a g. 7. ad 12. in ardoribus ventriculi, atq; in hæmicrania certiſsimum remedium.

*Aliud.*

℞. *Aloes Chymicè preparatæ,* *vnc. s.*
*Mirrhæ,* *drac ij.*
*Croci, fl. Antimonij,* *an. drac. i.*
*Macis, Zingiberis, Galangæ, drac. s.*

Cum ſpiritu vini fiat Extractum doſis g. iv ad 7.

In doloribus arthriticis maximè conferre comperuimus, doloribus colicis certiſſimè medetur nephriticis quoq; ac vterinis, vertigini mirificè ſuccurrit, in Phrenitide, & in ardentibus febribus cum granis tribus lapidis bezoardici tutiſsimè exhibetur. multa alia præſtat quæ non niſi vſu nobis innoteſcunt.

Hęc de Opiatis, & Antidotis reſtat vnica compoſitio ſine opio aduerſus omnia venena, & aduerſus omnes peſtilentes morbos.

*Antidotus Peſtilentialis.*

℞. *Rad. Imperatoriæ, Angelicæ,*
*Carlinæ, Valerianæ,*
*Vincetoxici, Anthoræ,* } *an. vnc. iv.*
*Scorzoneræ, Biſtortæ, Gentianæ,*
*Tormentilł.*

Ex omnibus paretur Extractum cum ſpiritu vini maceratione præmiſſa ad 25. dies ſub fine adde ſacchari lib. ij. Coquantur in formam Antidoti ſub fine adde.

| | |
|---|---|
| *Florum fixorum Antimonij,* | *vnc. i.* |
| *Præcipitati Mercurij,* <br> *cum auro ſine coroſiuo.* | *vnc. s.* |
| *Pul. Anthoræ,* <br> *Cinamomi,* <br> *Santal. albi,* <br> *Ligni aloes,* | *an. drag. ij.* |
| *Magiſterij perlarum,* <br> *Tincturæ corallorum,* | *an. drac. i.* |
| *Ambræ griſeæ,* | *ſcrup. i.* |
| *Moſchi,* | *ſcrup. s.* |
| *Aquæ cinamomi,* | *vnc. s.* |

Miſce fiat Antidotus doſis drac. ij. ad drac. iiij.

## *De Pilulis.*

Pilulæ ad deglutiendum repertum partim ob earum amaritudinem partim ex eo quod hæc forma diutius hæreat in ſtomacho, quam in forma liquida, partim propter nonnullos qui facilius ſolida deglutiunt quam liquida. In his tradendis inſtituti rationem ſeruabo, communia vſitata, & vtiliora proponam cætera conſulto mittam.

*Pilu-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0378-0
DFG

*Pilulæ aureæ Nicol.*

| | | |
|---|---|---|
| ℞. | *Aloes ſuccot. Scammonij preparati,* | *an. drac. v.* |
| | *Roſarum rub. Sem. apij,* | *an. drac. ij. s.* |
| | *Sem. fœniculi, Aniſi,* | *an. drac. i. s.* |
| | *Maſticis, Croci, Pulpæ Colochint.* | *an. drac. i.* |

In officinis cum melle roſato compingitur maſſa, & melius quam cum Tragacantha in aqua fœniculi macerata nonnulli cum ſyrupo aut melle roſato addunt parum ſucci fœniculi, parum tamen intereſt, Baſis eſt Scammonium, & Colochint. Præparatio Chymica eadem erit cum cæteris ideò ne eandem repetere cantilenam cogamur in fine aliquid dicemus interea de Cocchijs.

*Pilulæ Cochiæ Rhaſis.*

| | | |
|---|---|---|
| ℞. | *Specierum Hyeræ ſimpl.* | *drac. x.* |
| | *Pulpæ Colochyntidis,* | *an. dr iij. ſcrup. i.* |
| | *Scammonij preparati,* | *drac ij. s.* |
| | *Turbith, Stœcadis,* | *an. drac. v.* |
| | *Vini albi quantum ſufficit.* | |

Fiat maſſa. doſis à drac. s. ad drac. j. & ſcrup. iiij.

Validiores ſunt aureis aureæ plus bilis, iſtæ plus pituitæ è capite educunt.

*Pilu-*

*Pilulæ Aggregatiuæ Meſ.*

℞. *Myrobolanorum flau. Rhabarbari, an. vnc. s.*
*Succi Eupatorij, Abſinthij,* *an drac. ij.*
*Scammonij præparati,* *drac. vi.*
*Myrabol. Chebul. Indarum,*
*Agarici, Colochintid. Polipod.* } *an. drac. ij.*
*Turbith, Aloes,* *an. drac. vi.*
*Maſtiches, Roſarum rub.*
*Salis gemmæ,* } *an. drac. i.*
*Epithymi, Aniſi, Zingiberis,*

*Cum Electr. roſato Meſuæ,* quantum ſufficit fiat maſſa. Doſis à drac. j. ad ij. valent ad diuturnas febres, & vitia capitis, ventriculi, & iecoris. humores item bilioſos, & pituitoſos educunt.

*Pilulæ ſine quibus. N.*

℞. *Aloes lotæ,* *drac. xiv.*
*Myrabol. flauarum Chebul.*
*Indarum, Belliric. Emblicar.*
*Rhabarb. Maſtiches, Abſinth.* } *an. drac. i.*
*Roſarum, Violarum, Senæ,*
*Agarici, Cuſcutæ,*
*Scammonij præpar.* *drac. vi. s.*

Cum ſucco fœniculi ſolue Scammonium, & compin-

pinge maſſam. Doſis à ſcrup. ij. ad drac. j. mirificè pituitam, bilem, & humorem melancolicum purgant, & ad ſuffuſionem oculorum, & claritatem conducunt. Viſum conſeruantes animum dolorem ſanant, & biliofis conferunt.

*Pilul. Lucis M.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Roſarum, Violarum, Abſinthij,* | |
| *Colochintidis, Turbith,* | |
| *Cubebarum, Calami aromat.* | |
| *Nucis Moſc. Spic. Ind.* | |
| *Epithim, Carpobal. Xylobalſ.* | |
| *Sem. Seſelios, Ruthæ, Schænan.* | } *an. drac. ij.* |
| *Maſtiches, Rad. Azari,* | |
| *Caryophillorum, Cinnamomi,* | |
| *Aniſi, Fenic. Apij, Caſsiæ ligneæ.* | |
| *Croci, Macis,* | |
| *Myrobal. Citrin. Chebul. Ind.* | } *an. vnc. ſ.* |
| *Belliric. Emblic. Rhabarb.* | |
| *Agarici, Senæ,* | *an. drac. v.* |
| *Euphragiæ,* | *drac. vi.* |
| *Aloes ſuccot.* | *vnc. xi. drac. ij.* |
| *Succi fœniculi quantum ſufficit.* | |

Fiat maſſa.

Aloes ſoluitur cum ſucco fœniculi depurat. & clarific. quibus ſenſim miſcentur pulu. nonnulli


Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0381-6
DFG

coquunt in ſucco fœniculi mel, & ex eo melle formant maſſam. Doſis à ſcrup. ij. ad ſcrup. iij.

*Pil. Lucis min. Meſ.*

℞. *Xylobalſami, Carpobalſ.* — *an. drac. i.*
*Rad. Chelidoniæ,* — *drac. v.*
*Roſarum, Violarum,*
*Abſinthij, Euphragiæ,* } *an. drac. iij.*
*Senæ, Epithim, Myrobal.*
*Flau. Chebul. Indarum,*
*Belliric. Emblic. Agarici,*
*Colochint. Shanant.*
*Sicij, lapidis, Lazuli, Loti,* } *an. drac. ij. ß.*
*Aloes lotæ,* — *vnc. vi.*
*Succi fœnic. aut Chelidoniæ quantum ſufficit,*

Fiat maſſa. Excrementa capitis pituitoſa educunt viſumq; roborant: atram tamen bilem magis euacuant.

*Pilul. fætid. mai Meſ.*

℞. *Sagapeni, Ammoniaci,*
*Opopanacis, Bdellij,*
*Colocynthid. Rutæ,*
*Agreſtis, Aloes,*
*Epithim,* } *an. drac. v.*

*Her-*

| | |
|---|---|
| *Hermodact. Eſulæ,* | *an. drac.ij.* |
| *Scammonij præparati,* | *drac.iij.* |
| *Thurbith,* | *vnc. s.* |
| *Cinamomi, Nardi Indicæ,* <br> *Croci, Caſtorei,* | } *an. drac.i.* |
| *Zingiberis,* | *drac.i.s.* |
| *Euphorbij,* | *ſcrup.ij.* |

Diſſoluantur lachrymæ in ſucco porri, & fiat maſſa. Doſis à ſcr.ij.ad drac j. vacuant pituitam craſſam crudam ob id conferunt affectibus inde natis, Arthritidi, Podagræ, Gonagræ, dolori ſpinæ, & illarum iuncturarum ventriculi, colico, alphis, Elephantię, alijſq; cutis vitijs.

*Pil. fœtid. min. M.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Sagapeni, Ammoniaci,* <br> *Opopanacis, Bdellij,* <br> *Myrrhæ,* | } *an. drac. v.* |
| *Turbith,* | *drac. x.* |
| *Colocyntid.* | *drac. vi.* |

*Fiant vt priores, Idem pollent.*

*Pilul. Maſtichinæ.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Maſtichis,* | *drac. iiij.* |
| *Aloes Electæ,* | *drac. x.* |

*Agarici Elect.* *drac. iij.*

Cum ſyrup. roſ. fiat maſſa. Doſis ad drac. j. s.

*Pilul. Arthriticæ N. Sal.*

℞. *Hermodactyllorum, Thurbith,*
*Agarici, Caſsiæ ligneæ,*
*Spicænardi, Cariophyllorum,*
*Xylobalſami, Carpobalſami,*
*Gingiberis, Maſtiches,*
*Fœniculi, Aniſi,*
*Saxifrag. Sem. Aſparagi,*
*Sem. Ruſci, Roſarum,*
*Milij ſolis,*
*Salis Gemmæ,* } *an. drac. s.*
*Aloes optimæ ad pondus omnium.*
*Succi fœniculi quantum ſufficit.*

Fiat maſſa. Doſis à drac. j. ad drac. j. s.

*Pilul. de tribus.*

℞. *Rhabarbari, Agarici,*
*Aloes lotæ,* } *an. drac. ij. s.*
*Syrup. roſ. ſol. quant. ſuff.*

Fiat maſſa. Doſis à drac. ij. educunt humores bilioſos, & ſubtiles.

*Pilul. de Agarico. M.*

℞. *Agarici,* drac. iij.
*Rad. Ireos, praſsij, Turbith,* an. drac. i.
*Hieræ, Picræ,* drac. v.
*Colochint. Sarcocollæ, Myrrhæ,* an. drac. ij.
Miſce cum ſapa. Auxiliantur aſthmaticis, & alijs Thoracis vitijs à craſsis, & pituitoſis humoribus dantur à drac. j. ad ſcr. v.

*Pilulæ Hieræ ſimplicis. Gal.*

℞. *Aloes,* drac. 50.
*Cinamomi, Xylobalſami,*
*Azari, Spicæ Indicæ,* } an. drac. iij.
*Croci, Maſtiches,*
*Mellis roſati q. s.*
Fiat maſſa. Doſis ad drac. ij. Aduerſus vitia ventriculi ex humoribus bilioſis, & pituitoſis nata proſunt.

*Pil. de Hiera cum Agarico.*

℞. *Specierum Hieræ ſimpl. Gal.*
*Agarici trochiſc.* } an. drac. iiij.

*Mellis roſat. q. s.*

Fiat maſſa. Doſis eadem.

*Pil. Ruffi ſeu Peſtilent.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Aloes, Ammoniaci,* | *an. vnc. i.* |
| *Myrrhæ,* | *vnc. s.* |

Cum ſucco limonum fiat maſſa.

*Pil. Ruffi ſeu Peſtil. Alman.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Aloes,* | *vnc. i.* |
| *Mirrhæ,* | *vnc. s.* |
| *Croci,* | *drac. ij.* |

Cum ſyrup. roſ. fiat maſſa.

*Chymica Præparatio.*

ARs rectè parandi medicaméta non in alio conſiſtit quam in ſeparatione puri ab im puro, in coctione crudi, & in exaltatione virtutis vniſcuiſq; medicamenti; cui ſi accedat artificium quo gratiora redduntur ęgris ſingula puto omnem artem abſolui poſſe. *Pilulę* vt plurimũ ex amaris, fœtidis, palatoq; ingratiſsimis parantur, hac de re vt eiuſmodi medicamenta certius, & commodius ingerentur intus in formam pilularum

rum compinguntur, nam ſic deglutiuntur facilius citra palati moleſtiam. Methodus qua parantur non eſt diuerſa ab ea, quam toties decantauimus, ideo ne eandem repetamus cantilenam, dicimus Pilulas parandas eſſe eo modo, quo diximus de Extractis. Varia ad hęc poſſunt requiri diſſoluentia ſeu media, quibus extructa fieri poſſunt. In nonnullis ſpiritus vini, in alijs aquæ deſtillatitiæ, in alijs decoctiones, Hydromelita vina, ſucci, & ſimilia requiruntur. Ex fœcibus oleum parabitur, ex Gummis per retortam, ex aromatis per veſicam cum ſuo refrigeratorio, tandem ex combuſtis fœcibus ſalem conficiemus, & hęc ſimul mixta medicamenta edent innoxia, defœcatiſsima, & ab omni praua qualitate libera.

*Pilulæ de Cynogloſſa. N.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Radicis Cynogloſſæ, Opij,* *Sem. Hyoſcyami,* | } *an. vnc. s.* |
| *Myrrhæ,* | *drac. vi.* |
| *Thuris,* | *drac. v.* |
| *Caryophillorum, Cinnamomi,* *Styracis calamitæ,* | } *an. drac. ij.* |
| *Aquæ roſaceæ quantum ſufficit.* | |

Fiat maſſa. Doſis à g. 7. ad xij. & xv.

*Pilu-*

*Pilul. Laudinæ.*

℞. *Opij Chymicè præpar.* *drac. i.*
*Extracti Croci,* *drac. ſ.*
*Moſchi.* *g. xij.*
Cum vino fiat maſſa.

*Pilulæ Laudinæ Comp.*

℞. *Opij Chymicè parati,* *drac. i.*
*Eſsentiæ croci,* *drac. ſ.*
*Magiſt. perlarum,* } *an. drag. ſ.*
*Antimonij Diaphoretici,*
*Ambræ griſeæ, Moſchi,* *an. ſcrup. i.*
Cum ſyrupo de Papauere fiat maſſa. Doſi à g. iv. ad g vij.

*Pilulæ Laudinæ Hyſtericæ.*

℞. *Florum ſtamni,* } *an. ſcrup. i.*
*Florum ſtibij,*
*Succini, Caſtorei, Mumiæ,* *an. drac. ſ.*
*Zingib. Macis, Galangæ,* *an. drac. i.*
Cum ſyrupo de Papau. fiat maſſa à g. xij. ad xv. dantur, in vterinis doloribus, quos mirificè ſedant.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0388-6
DFG

*Pilulæ Catholicæ.*

℞. *Aloes Succotrinæ,* *vnc. ſ.*
*Mirrhæ,* *drac. ij.*
*Maſtiches,* *drac. i.*
*Croci oriental.* *drac. ſ.*
*Magneſiæ Saturninæ,*
*Metheoriſat.* *drac. i.*

Cum ſyrup. roſat. ſol. fiat maſſa. Doſis à g. xv. ad xxiiij.

In omnis morbo intemperantiæ fæliciter exhibentur. Colicis doloribus medetur. Aſthmaticis mirificè ſuccurrit, Hæmicraniæ vertigini, Epilepſiæ ſummopere conferunt, Arthritidem ſæpiſſimè ſedare obſeruauimus.

*Pilulæ Polychreſtæ d. N.*

℞. *Maſtiches,* *drac. ij.*
*Macis, Galangæ,* *an. drac. i.*
*Aloes ſuccot.* *vnc. ſ.*
*Croci orient.* *ſcrup. i.*
*Mumiæ mineralis,* *ſcrup. iiij.*

Cum ſyrup. roſat. ſolut. fiat maſſa. Doſis à ſcrup. ij ad drac. j. Vſus eiuſmodi pilularum requirit medicum exercitatiſsimum, propter Syrupatheiam, & Antypatheiam mumiæ mineralis.

*Pi-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0389-4 DFG

*Pilul. Balſami ſulphuris.*

℞. *Balſami, Sulphuris cũ ſpiritu Therebent. fact. vnc. i.*
*Fl. ſulphuris,*
*Pulu. liquirit.* } *an. drag ij.*
*Sacchari candi,*

Doſis à drac. s. ad drac. j. In phtyſi tutiſsimè exhibentur, & cum maxima vtilitate.

*Pilul. Cephalicæ primæ.*

℞. *Aloes ſuccot.* *drac. ij.*
*Scammonij Chymicè præpar.* } *an. drac. i.*
*Trochiſc. Alhandal.*
*Cum ſyrupo roſ ſol.*

Fiat maſſa. Doſis à ſcrup. j. ad ſcrup. ij.

*Pil. Cephal. ſecundæ.*

℞. *Agarici trochiſc.* *drac. i.*
*Aloes ſuccot.* *vnc. s.*
*Scammonij Chymicè præp.* *drac. s.*
*Sennæ orient.* *drac. ij.*
*Magneſiæ ſaturninæ, ſemel coctæ in balneo,*
*Salis Balſamici,* *drac. iij.*
*Cum ſyrup. roſ. ſol.*

Fiat maſſa. Doſis à ſcrup. ij. ad drac. j

*Pil.*

*Pil. ſtomachicæ D. N.*

℞. *Extracti Zingiberis,* *unc. s.*
*Aloes ſuccot.* *unc. i.*
*Maſtiches,* *drac. i.*
*Macis, Galangæ,* *an. drac. s.*
*Magneſiæ ſaturninæ, Semel coctæ in Balneo ſalis Balſamici,*

*Pilul. Martiales D. N. P.*

℞. *Aloes ſuccot.* *unc. i.*
*Mirrhæ, Galbani,*
*Ammoniaci, Oppopanacis,*
*Sagapeni,* } *an. drac. iij.*
*Croci martis,* *unc. i. s.*
*Fol. Sennæ,* *drac. v.*
*Aniſi, Cinamomi, Macis,* *an. drac. i.*

Cum ſyrupo de Arthemiſia q. s. fiat maſſa. Doſis à ſcrup. ij. ad drac. j.

*Pil. Mart. ſec. adſtring.*

℞. *Succini, Maſtiches,* *an. drac. ij.*
*Corall. præpar. Lapid. hæmatit.*
*Sanguinis draconis,* } *an. drac. i.*

*Rad. Tormentill. Fl. verbaſci,*
*Sem. Hyppericonis,* } *an. drac. i. s.*
*Croci Martis,* *unc. i.*

Cum ſyrupo mirthino fiat maſſa. Doſis drac. ſ. & ſcrup. ij.

*De Trochiſcis.*

TRochiſcus atrocho quaſi parua rota. Paſtillus alio modo, varijs quoq; rebus componuntur, eorum vſus hodie non eſt admodum frequens, qua de re paucis pauca complectar.

*Trochiſci de Vipera.*

℞. *Carnis Viperinæ cũ anetho ſale, et aqua coct. unc. viij.*
*Panis tritici puriſsimi triti, & cribrati, unc. ij.*

Formentur trochiſci, & inungantur Opobalſamo, aut oleo nucis moſcatæ.

*Trochiſci ſcyllitici.*

℞. *Scyllæ aßatæ,* *lib. i.*
*Farinæ Orobi,* *unc. viij.*

Formentur trochiſci ſecundum artem.

Tro-

*Trochiſci Hedicroi.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Mari, aſari, Maioranæ,* *Aſpalathi,* | } *an. drac. ij.* |
| *Schœnant. Calam. arom.* *Phu, Xylobalſ. Opobalſami,* *Cinamomi, Coſti,* | } *an. drag. iij.* |
| *Mirrhæ, Folij, Nardi Ind.* *Croci, Caſsiæ,* | } *an. drac. vi.* |
| *Amomi,* | *drac. xij.* |
| *Maſtiches,* | *drac. i.* |

*Vini quantum ſufficit.* Fiant trochiſci.

*Trochiſci Galliæ moſcat.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Ligni aloes,* | *drac. v.* |
| *Ambræ,* | *drac. iij.* |
| *Moſchi,* | *drac. i.* |
| *Mucilaginis, Tragacanthæ,* | |

Cum aqua roſarum extract. q. s. fiant Trochiſci parui.

*Trochiſci de Myrrha.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Myrrhæ,* | *drac. iij.* |
| *Lupinorum,* | *drac. v.* |

*Fol. ruthæ, Mentaſtri,*
*Pulegij, Cymini, Rubiæ,* } *an. drac. ij.*
*Aſſæ fætidæ, Sagapeni,*
*Oppopanacis,*

Diſſoluantur Gummi cum aceto formanturq; trochiſci cum ſucco abſinthij.

*Trochiſci Aliptæ Moſcatæ.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Ladani,* | *vnc. iij.* |
| *Styracis,* | *vnc. i. s.* |
| *Styracis rubræ,* | *vnc. i.* |
| *Ligni Aloes,* | *vnc. ij.* |
| *Ambræ,* | *drac. i.* |
| *Camphoræ,* | *ſcrup. i. s.* |
| *Moſchi,* | *ſcrup. s.* |

*Aquæ roſarum quantum ſufficit.*

Formantur trochiſci ſecundum artem.

*Trochiſci de Agarico.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Agarici,* | *vnc. iij.* |
| *Salis gemmæ,* | *vnc. i.* |

*Cum Oxymelite fiant Trochiſci.*

Alij cum vino in quo ſteterit per noctem Zingiber Solitarium, Agaricum in Trochiſcos efformant.

*Tro-*

*Trochiſci Alhandal.*

℞. *Pulpæ Colochintidos,* *drac. x.*
Incidatur minutiſſimè, & fricetur cum ol roſ. vn j. deinde ſume.

*Tragacanthæ,*
*Gummi arab:* } *an. drac. vi.*
*Bdellij,*

Macerentur hæc in aqua roſ. per dies 4. donec liquefiant, & diſſoluantur, demum cum parte reſolutarum lachrymarum formentur ex prædictis trochiſci, qui ſiccentur, & cum ſiccati fuerint contundantur minutiſsimè, & rurſum formentur trochiſci cum reliquo diluto lachrymarum, atq; reponantur.

*Trochiſci Bechici albi.*

℞. *Sacchari albiſsimi,* *lib. i.*
*Sacchari Candi opt.* } *an. vnc. iv.*
*Sacchari penidij,*
*Ireos,* *vnc. i. drac. vij.*
*Amyli,* *vnc. i. s.*
*Mucillaginis Tragacanthæ,*

Cum aqua roſ. factæ q. s. formentur trochiſci parui.

*Tro-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0395-9 DFG

*Trochiſci alij Bethici.*

℞. *Sacchari albi,* *lib. i.*
*Amyli,* *vnc. iv.*
*Moſchi.* *ſcrup. i.*
*Muſcilag. Tragacant.*
Cum aqua roſ. fact. fiant Trochiſci.

*De Pulueribus.*

PVlueres omni fere carent artificio, fiunt enim ex ſiccis, quæ in mortariolo attrita per cribrum vel ſpiſſum, vel clarum traijciuntur, fiunt ex varijs rebus, Purgantibus, & Alterantibus. Antidotorum Pulueres in pixide vitreo ſepè aſſeruantur, ex quibus Electuaria liquida, & ſolida, hos breuitate mittimus, cum alijs ſine arte factis.

*Puluis Viperarum.*

VIperarum puluerem *vſurpamus* frequenter non tam in *venenatis* quam in cutaneis *affectibus, in febribus* quoq; ardentibus, & *malignis quibus maximæ* ſunt vtilitatis. ad eiuſmodi puluerem parandum. Accipe vipe-

ras

ras capite, cauda, excuiro, & interraneis expeditas, has fruſtulatim incide in tigillo terreo vitriato, quibus affunde tantiſper aquæ vitæ tunc eas lento igne exſicca, & donec friabiles ſunt, & in puluerem adduci poſſint.

### *Ranarum Puluis.*

IN prima partis præſentis operis Ranarum puluerem deſcripſimus, item vermium, viperarum, Cancrorum fluuiatitium, & Halecis; Teſtudinum puluis eodem modo paratur, ſunt deniq; multa animalia, quæ ſic in puluerem vertuntur. *Cap. de Salis arom.*

### *Puluis vegetabilium.*

VEgetabilia omnia facilimè in puluerem reducuntur. Ex his. Tragemata cum ſaccharo conficimus, pro ſtomacho.

### *Pulu. Digeſtiuus.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Ligni aloes, Santal. citrini,* | *an. drac. i.* |
| *Aniſi, Fœniculi, Coriend. præp.* | *an. drac. ij.* |
| *Cinamomi,* | *drac. ij.* |
| *Macis, Roſarum, Galangæ,* | *an. drac. ſ.* |

*Am-*

*Ambræ griſeæ,* *ſcrup. i.*
*Moſchi,* *gran. x.*
*Sacchari albi,* *lib. i.*

Fiat puluis ſubtiliſsimus, capiat Cochlear j. poſt cibum.

*Alius.*

℞. *Coriandri præpar.*
*Aniſi, Fœniculi,* } *an. drac. ij. s.*
*Carui, Macis,*
*Cinamomi,* *drac. i. s.*
*Zingiberis albi,* *drac. i.*
*Caryophillorum,* *ſcrup. ij.*
*Nucis moſcatæ,* *drac. i.*
*Sacchari albi q. s.*

*Alius Rondeletij.*

℞ *Aniſi cond.* *drac. ij.*
*Galangæ, Cinamomi,* *an. drac. iij.*
*Piperis longi,* *ſcrup. s.*
*Cort. Citrij ſicci,* *drac. i.*
*Sacchari ſolidi,* *vnc. vi.*

Fiat puluis.

*Puluis Cachecticus Quercetani.*

℞ *Limaturæ Chalibis in tenuiſsimum alkool per ſimplicem aquam redactæ, vel cum ſulphure calcinatæ, vt artis eſt,* — *vnc. i.*
*Fæculæ rad. Aronis,* — *drac. i. s.*
*Ambræ griſeæ,* — *drac. i. s.*
*Eſſentiæ corallorum,*
*Margarit.* } *an. drac. ij.*
*Succini præparati,*
*Cinamomi,* } *an. ſcrup. iv.*
*Sacchari q. s.*

Vt fiat pulueris guſtui gratus. Doſis ſemicochleare argenteum mane.

*Puluis Nephriticus.*

℞ *Fol. Herniariæ,*
*Bethonicæ, Argentinæ,*
*Cetrach,* } *an. vnc. s.*
*Sem. ruſci, Roſæ ſilueſtris,* — *an. drac. i.*

Miſce fiat puluis. Doſis drac. j. mane, & omnibus horis cum iuſculo vel vino albo.

*Alius.*

℞. *Lapidum Cancrorum fluuiatilium,* drac. ij.
*Rad. ononid. ſicc.*
*Fol. Hermiariæ,*
*Bethonicæ,* } an. drac. i.
*Milij ſolis,* drac. i. s.
Miſce fiat puluis.

*Alius.*

℞. *Fol. virgæ paſtoris ſicc.* vnc. s.
*Milij ſolis,* drac. ij.
Miſce.

*Alius.*

℞. *Lapid. lincis, Iudaici, Criſtal. præp.*
*Lapid. ſpongites,*
*Cancrorum fluuiat.* } an. drac. i.
Miſce f. P.

*Pulu. Dentiſicus.*

℞. *Pumicis,* drac. i.
*Corallorum præparat.* drac. s.

*Mar-*

*Margarit. præpar.* drac. s.
*Aluminis vſti,* drac. i. s.
*Salis gemmæ,* drac. i.
*Gariofillorum,* drac. s.
*Maſtiches,* drac. ij. s.
Miſce fiat puluis ſubtiliſsimis.

*Alius.*

℞ *Oſsis ſepiæ, aluminis vſti,* an. drac. i.
*Pumicis,* drac. iij.
*Caryophillorum,*
*Salis gemmæ,* } an. ſcrup. iv.
Miſce fiat pulu.

*Pulu. dentes dealbans.*

℞. *Cruſtæ panis vſti,* vnc. s.
*Pumicis,* drac. ij s.
*Oſsis ſepiæ,* drac. i.
*Corallorum præparat.*
*Margarit. præparat.* } an. drac. s.
*Salis communis,* drac. ij.
Miſce fiat pulu. ſubtil. adde ſi vis moſchi gr. iij. ambræ griſeæ gr. vj.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0401-7

*Chymica Præparatio.*

OMne quod ſub concauo Luna continetur, in puluerem reduci poſſe nemo eſt qui ignoret: vnde facilè eſt cognitu modum faciendi pulueres, Chymica tamen methodus non eſt adeo trita etſi enim.

*Herbæ omnes vulgato modo ſiccentur*, & terantur, *Chymico non ita, primò ab vnaquaq;* ſubſtantiæ tres ex trahũtur, quibus tinctura ineſt, primò, poſtea oleum, ſal, & aqua. Quibus flagrans odor præpollet, is ſumma diligentia ſeruatur, vnde quia odor in oleaginea ſubſtantia reſidet, ea cautè tractanda, maximè ſi in volatili, duplex eſt enim oleaginoſa ſubſtantia, vna volatilis, & tenuiſsima, altera craſſa, & magis fixa. Tinctura, & ſulphurea ſubſtantia extracta, ignis validior ſubſternitur, & quod eſt fœtidum, & obſcurum ſecernitur, ſeorſumq; aſſeruatur, *igne tandem fortiſsimo adacto concremantur fæces*, a quibus, ſal, qui fixus, & animalis, *fixus inquam reſpectu volatilis*. Eiuſmodi *ſubſtantiæ* ſimul miſcentur in vrinali vitreo *amplo*, & ſatis alto cui proprio capitello aptato, *blandiſsimus* ignis ſubmittitur, hac via *tenuior* pars aquea, & oleaginea ſurſum *aſcendit, hæc* rurſum reaffunditur, ter, &

qua-

quater iſtud repetitur, & donec craſſum combiberit tenue, tum lentiſsimo calore omnia in puluerem vertuntur. interea notandum eſt, vt fœtida, & tetra pars puris, & lucidis non miſceatur, terra etiam mortua abijciatur.

Metalla, & mineralia alia methodo in puluerem reducuntur, vel enim. Nonnulla ſolo igne calcinantur, & in puluerem vertuntur, vti Plumbum, ſtannum, ferrum, antimonium, &c. vel eadem cum additione fortiſsimo igne adacto. vel ſine igne cum ſpiritibus ſalium. Sed hæc fuſiſsimè in ſecunda parte tractauimus.

Inſuper ex omnibus ſalis ſpeciebus pulueres ſeu potius arcana quædam paramus, ad hoc fermentum vnius ex 7. metallis vſurpamus, qua via dura, & incocta attenuantur, & coquuntur, atq; in noſtri vſum facilè adducuntur. Tandem ex animalibus in precedentibus exempla ſatis perſpitua tradidimus, nunc pro coronide pulueres aliquot odoriferi proponuntur.

*Pulu. Odoriferus præſtantiſs.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Rad. Ireos,* | *vnc. iv.* |
| *Rad. Cyperi,* | } *an. vnc. i.* |
| *Roſarum ſicc. dam.* | |
| *Belzoini,* | |

*Lab-*

| | |
|---|---|
| *Labdani,* | } *an. unc. i.* |
| *Styracis Calam.* | |
| *Santal. Citrini,* | *unc. ij.* |
| *Moſchi oriental.* | *drac. ſ.* |
| *Ambaris griſei,* | *drac. i.* |

Miſce fiat puluis.

*Pul. Odoriſ. alius.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Rad. Cyperi oriental.* | } *an. unc. i.* |
| *Santal. Citrin.* | |
| *Labdani,* | } *an. drac. vi.* |
| *Belzoini,* | |
| *Cort. arant.* | } *an. drac. iij.* |
| *Roſarum Damaſc.* | |
| *Styracis calam.* | |
| *Calam. aromat.* | *unc. ſ.* |

Miſce fiat pulu.

*Alius.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Santal. Citrin.* | *unc. i. ſ.* |
| *Calam. arom.* | } *an. unc. ſ.* |
| *Belzoini,* | |
| *Styracis,* | |
| *Moſchi,* | *ſcrup. i.* |

Miſce fiat puluis.

*Al-*

*Alius.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Zedoariæ, Folij, Cort. Arant.* | |
| *Galangæ,* | } *an. drac. ij.* |
| *Gariofillorum,* | |
| *Calami arom.* | *vnc. ſ.* |
| *Cyperi,* | } *an. vnc. i.* |
| *Santal. Citrin.* | |
| *Ireos,* | *vnc. ij.* |
| *Belzoini, Styracis,* | } *an. drac. vi.* |
| *Labdani,* | |
| *Moſchi,* | *ſcrup. i.* |
| *Ambaris griſæi,* | *drac. ij.* |

Miſce fiat puluis.

*Pulu. Cyprius.*

Hic Bononiæ pigmentarij pro puluere Cyprio vſurpant marmoris vel alabaſtri puluerem cum portiuncula moſchi. Verus tamen puluis Cyprius fit ex muſco quercus collecto menſe Decembris, vel Ianuarij, & in vmbra exſiccato, poſtea is cum modico aquæ roſaceæ pinſitur, & in paſtæ modum redigitur, ſi verò abſq; roſacea aqua pinſeretur, nares offenderet, ita in paſtam redacta in pateram, & in vinariam cel-

lam

lam vel in alium locum humidum repone, quoad mucida euaſerit, ac effloruerit, tunc iſtam ſupra tabellam extendito, & in Clibano vel ſole exſiccari facito, poſtea iterum in tenuiſſimum puluerem redigito, & ſolo belzuino ſuffumigato vel pro ſingula pulueris iam ſicci libra Mannę belzuino drachmæ decem miſceantur, & diu in mortario agitanda, & ita erit optimus puluis.

*De Oleis.*

## SECTIO IV.

OLea vel ſunt talia à natura producta, vt petroleum, vel artificialia. Artificialia vel per expreſſionem fiunt, vel per Infuſionem, vel per deſtillationem.

*Olea per Expreſsionem.*

OLeum comune, quod ex oliuis paratur fit per Expreſſionem, ex nucibus amigdalis, ſeminibus Lini, Canabis, Sinapi, Papaueris albi, &c. Contunduntur ac vapore aquæ calidæ nonnulla tepefiunt, nonnulla etiam ſine illa euaporatione fundunt oleum in ſacculum incluſa, & Torculari fortiter expreſſa. Hoc modo

è buc-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0406-5

è baccis Lauri, ex ſeminibus ſambuci, & ſimilib.

### *Oleum ex Vitellis Ouorum.*

℞. *Vitellorum ouorum indurat. n. xx.*
Conijciuntur in ſartaginem æneam, & ſuper carbonibus friguntur continuò agitando, donec oleũ edant, deinde ſacculo includuntur, torculariq́; oleum exprimitur.

### *Oleum Amigd.*

OLeum Amigdalarum fit ex Amigdalis nõ depellatis in mortariolo lapideo pertritis, & in Calatho ſportaceo aut ſacco canabino torculari calido exprimuntur.

Sic fit ex amigdalis amaris, Piſtacijs, Strobilis, nucibus auellanis, Indicis, nucleis, Perſicorum, Ceraſorum, Semin. Cucurb. Melonum, Ricini, Staphyſagrię, Cnici, Cannabis, Lini, Papaueris, Hyoſciami, &c.

### *Olea per Infuſionem.*

EX lignis, radicibus, folijs, floribus, & ſeminibus, fiunt infuſiones cum oleo communi oliuarum, vel maturo, vel imma-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0407-1

turo, quod omphacinum appellant. Item ex animalibus integris, vel ex partibus illorum fiunt per infuſionem communiter.

*Oleum Roſarum.*

*℞. Oleum roſatum hodie fit cum roſis recentibus in oleo cõmuni per aliquot dies etiam menſem ad ſolem infuſis, poſtea expreſsis, addendo intercoquendum ſuccum roſarum vel vinum reiteratur infuſio bis, & ter vt validius fiat.*

*Oleum Chamæmeli.*

*℞. Eodem modo oleum florum Camomillæ paratur, inſolantur æſtate, tota, hyeme vero percolantur. In principio bis, & ter reiteratur infuſio, vltima ſeruetur, vt de roſis.*

*Oleum Ruthæ.*

*℞. Ruthæ cum floribus inciſæ, & infuſæ in s. q. olei communis per 2. aut 3. menſes colantur addito vino. vel ſucco ruthæ.*

*Oleum*

### Oleum Violarum.

℞. Oleum Violarum itidem ex recentibus floribus violarum paratur, præmiſſa infuſione 2. vel 3. menſium in ſole, in vaſe duplici, principio dum recentes ſunt flores, reiteratur infuſio.

### Oleum Liliorum.

℞. Paratur, & iſtud per infuſionem, quæ ſi bis, & ter reiteretur, Oleum longè nobilius, & efficacius redditur.

### Oleum fl. Citrij.

℞. Florum Citrij probè mundatorum ab omni parte viridi, & citrina, ſufficientem quantitatem infunde in oleo amigdalarum, & in tantum quantum ipſum oleum ſupernatet duos digitos, & hoc in vaſe vitreo anguſti orificij benè obturati, hoc autem exponitur ſoli per ſeptem dies, deinde in vaſe duplici calore aquæ tepefit, & colatur, in colato oleo noui flores reconduntur atq; ſoli exponuntur, & vt prius colantur. Tertio noui flores infundantur, inſolantur, & colantur. quater, & quinquies reiteratur infuſio, quo plus eo melius.

*Ol. florum Arantij, Iaſminij, florum Caryo-
phyllorum, Myrthi, &c.*

℞. *Eodem modo quo ſupra parantur olea florum odoratarum, poßunt fieri cum oleo communi pluries aqua cõmuni loto, ſed omniũ melius in oleo balani myrepſ. quod ſit omnis odoris expers nec rancidum fiat, vt cetera olea. Sed elegantius Chymicè parantur.*

*Alio modo fl. Citrij, Arantiorum, Violarum, Lilij conuallij, &c.*

*Parantur eiuſmodi olea ſine infuſione ſtrattificando flores cum ſem. ben, vel amigdalis optimè repurgatis minutim inciſis in Capſula lignea, vel in olla probè vitriata, & firmiter clauſa, ſingulo die reiterando nouos flores, & veteres remouendo, tandem ſemina ſeu amigdalas prælo fortiter exprime, ſic habebis oleum flagrantiſsimum, in quo animaduerte, vt flores ſint ab omni parte herbacea liberi itidem vt antequam ſemina, vel amigdalas prælo ſubijcias, ne vllus ſuperſit, flos, ſecus quod educeretur oleum minus fragrans, & deterioris coloris.*



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0410-7
DFG

*Alio modo.*

*℞ Goſsipium lanugineum mundum, & nitidum ad hoc pluries in aquis florum de quibus ol. educere vis lotum, hoc probè exſiccatum combibitur vno ex dictis oleis, cum eo, & floribus dictis fit ſtratum ſuper ſtratum quotidie renouando flores in olla vitriata benè clauſa quater, & quinques renouantur flores, tunc prælo ſubijciuntur, & educitur oleum odoratiſsimum.*

*Infuſio tamen nobis magis arridet, videndum tamen vt flores colligantur ex arbore tempore ſereno, & ne rore aut alio humido perfundantur.*

*Sunt qui parum Moſchi, & Ambaris griſai addunt, vt gratiora euadant.*

*Cum eiuſmodi oleis, Moſcho, Ambare, & Zibetto, Chyrotechas, pelles, & ſimilia odorata reddunt. Sed nos medica tractamus. Vires eiuſmodi oleorum in ſpiritibus recreandis mirabiles ſunt. cordis palpitationes mirificè iuuant.*

*Chymicæ Præparationes ol. Cytrij, Arantij, &c.*

OLea Citrij, & Arantiorum non niſi in locis vbi abundant eiuſmodi flores parari poſſunt, nam eorum maxima quantitas requiritur, ad minus quadraginta libræ, ad

hoc

hoc ex proprijs arboribus excerpti, nam humi collecti vim illam balſamicã pro maiori parte amittunt, hos conijciamus in vas æneum ſtanno obductum, cui ſuperfundimus aquæ communis ſufficientem quantitatem, maceratione 5. vel. 6. dierum præmiſſa, per refrigeratoriũ prolicitur aqua, & Oleum, blando igne admoto. Aqua erit fragantiſsima, & Oleum in exigua quantitate.

Poteſt etiam ex ſolis floribus vitreo vrinali in balneo aquæ oleum cum aqua elici, aurei coloris, mirabiliſq; odoris, ſed quam minimæ quantitatis.

Si aquam, quæ prius ex alijs floribus manauit, ſuper alios flores irroraueris, mox diſtillabis ex aqua prætioſiori odoris, & olei maioris quantitatis erit.

*Oleum diſtillatum ex floribus omnibus odoratis.*

ODorati flores ſubſtantiam ſulphuream in ſuperficie continent, ideo ſumma eſt adhibenda cautela in ſui extractione, maximè circa vaſa, & calorem. vaſa ſint vitrea cum refrigeratorio, calor ſit mitis, & blandus, qualis eſt Balneum aquæ, flores ſint integri, & macerentur prius per aliquot dies in s. q. aquæ, primam aquam cum oleo exuctam recentibus floribus reaffunde, & mox diſtilletur, aqua hæc ſecunda

cum

cum oleo ſuper nouos flores iterum affundatur, ſic copioſius erit oleum, & aqua validior.

*Oleum Corticum Citrij diſtillatum.*

EX recentibus, & ſiccis corticibus citrij, oleũ elicitur. Recentes incidantur ad album medullæ, tunc indantur vrinali vitreo cũ aqua, igne cinerum admoto effluit oleum cum aqua. Sicci macerentur prius in aqua per 8. dies deinde per veſiccam æneam cum ſuo refrigeratorio prolicitur oleum.

*Oleum Hyperici ſimplex.*

SI ſeduli eſſent Pharmacopolæ in hoc oleo parando, compoſitis balſamis carere poſſemus, & omni tempore peropportunum vulnerarium haberent in officinis. paratur verò ſic.

℞. *Summitatum Hyperici.* *vnc. iij.*

Macerentur in vino odorifero diebus tribus, & noctibus: bulliant deinde in vaſe duplici, obturato orificio vaſis: poſtea exprime, & recentis hyperici ſummitatum benè tritarum par pondus inijce, & iterum macera dies tres, ac noctes, coque, &

expri-

exprimè tunc etiam tertio recens Hypericum adde, & ſi vinum minuetur, adde aliquid. poſteà adde.

| | |
|---|---|
| *Therebinthinæ,* | *vnc. iij.* |
| *Olei veteris,* | *vnc. vi.* |
| *Croci,* | *ſcrup. i.* |

Coquantur in duplici vaſe vſq; ad vini conſumptionem: cola, & repone.

Calidum eſt, & ſiccum, & tenuium partium vulnera inciſorum neruorum conſolidat, & combuſtionem ignis: ſedat dolores femoris, & veſicæ & prouocat vrinam.

*Oleum Hyperici magiſtrale.*

| | |
|---|---|
| ℞ *Ol veteris,* | *lib. iv.* |
| *Vini albi potentis,* | *lib. i.* |
| *Fl. Hyperici rec. cum Sem.* | *man. iv.* |

Facta infuſione per 2. dies, & percolata recentes flores excipe, infuſionem repete ter, in facta colatura cuius ſingulæ lib. colaturæ adde.

| | |
|---|---|
| *Therebenthinæ,* | *vnc. vi.* |
| *Ol. Abſinthij,* | *vnc. iij.* |
| *Dictamni, Gentianæ,* | *an. drac. ij.* |
| *Cardui bened. Tormentill.* | |
| *Carlinæ, Calami arom.* | |
| *Lumbricorum in vino pluries lotor.* | *vnc. ij.* |

Te-

Terantur omnia, & inſolentur 30. aut 40. diebus, & bene obturatum reponas.

*Aliud magiſtrale Mattheoli.*

℞. *Olei vetuſtiſsimi,* *lib. iij.*
*Flo. Hyperici menſ. Maij colect. man. iij.*

Macerentur 12. dierum ſpatio, & calidè exprimentur in facta colatura ſecundò infunde nouam herbam tuſam cum floribus.

*Item fol. chamæarios,* }
*Calamenthi,* } *an. man. i.*
*Cardui benedict.* }

Macera triduò in balneo maris, & cola cum forti expreſſione, in cuius expreſſione recentem herbam Hypericonis ad man. iij. macera triduò, vt prius, & cola in colatura, dicti Hyppericonis ſemina ad man. iij. iterum infunde triduò, & cola vt prius, reitera ter dicti ſeminis infuſionem ſemper cũ valida expreſſione. in qua nouiter infunde.

*Scordij recentis,* }
*Calamenthi,* }
*Centaureæ min.* }
*Cardui bened.* } *an. drac. iij.*
*Verbenæ,* }
*Diptamni cretici,* }

In facta 4. colatura, vt prius præmiſſa infuſione trium dierum infunde.

| | |
|---|---|
| *Zedoariæ,* | an. drac. iij. |
| *Rad. diptamni albi,* | |
| *Gentianæ,* | |
| *Tormentill.* | |
| *Ariſtolochiæ rot.* | |
| *Scordij recent.* | *man. i.* |

In forti expreſſione poſt triduanam macerationem infunde.

| | |
|---|---|
| *Styracis Calam.* | an. drac. vi. |
| *Belzoini,* | |
| *Bacc. Iuniperi,* | *drac. iiij.* |
| *Nigellæ,* | *drac. ij.* |
| *Caſsiæ odorif.* | *drac. viiij.* |
| *Santal. albi,* | *drac. iiij.* |
| *Schænanthi,* | an. drac. i. ſ. |
| *Cyperi,* | |

Contuſa infunde, & macera triduò, tandem cola vt ſupra, in colatura infunde ſcorpiones viuos num. 300. macera triduò vt ſupra, & cola, in facta expreſſione denuo infunde.

| | |
|---|---|
| *Rhabarb. el.* | an. drac. iij. |
| *Mirrhæ el.* | |
| *Aloes Hapaticæ,* | |
| *Spicæ Nardi,* | *drac. ij.* |
| *Croci,* | *drac. i.* |

*The-*

*Theriaca electa,*
*Mithridatij opt.* } an. vnc. ſ.

Stent in infuſione perpetuo, & ſerua ad vſum.

Venenis omnibus, Peſti Peſtilentibuſq; morbis ſummopere confert. Baſis eſt Hyppericoni, & ſcorpiones, valet ad plures alios morbos.

## *Ol. Cythoniorum.*

PEr infuſionem paratur eiuſmodi oleum, vt de cæteris dictum eſt, bis & ter repetitur infuſio, additur etiam ſuccus cum ſufficiẽti quantitate pomornm contuſorum.

Pharmacopholarum maior pars cum corticibus, & ramentis, *quæ fiunt in* mondandis pomis infuſionem parant, eamq; colant hyeme cum cæteris oleis, pauco ſucco aut vino addito.

## *Ol. Myrtinum.*

EX baccis myrti contuſi paratur iſtud oleum infuſio ter reiteratur cum ſucco dict. bacc.

## *Vel.*

Fit cum ſelibrâ myrtarum recent. ol omphacini aut loti ſeſquilibram in ſola aut coque cum vini albi auſteri vnc. iv. ad vini conſumptionem. Fit

etiam per expreſſionem, & per decoctionem in aqua, donec oleum ſupernatet quod concha ſeparandum eſt.

*Ol. Maſtichinum.*

Oleum Maſtichinum recipit.

| | |
|---|---|
| *Ol. roſati,* | *vnc. xij.* |
| *Maſtiches,* | *vnc. iij.* |
| *Vini boni,* | *Vnc. viij.* |

Coque ad vini conſumptionem.

*De Vnguentis, & Linimentis.*

VNguentum antiquis materia luxus è cunctis, maximè ſuperuacuũ, quod illicò expirent ac ſuis moriantur horis, ex odoris olim conficiebantur, nunc ex omnibus promiſcuè. Corpus eius craſſius eſt oleo, *liquidius* Emphlaſtro, Limentum tenet medium *inter oleũ,* & vnguentum. Omnium comunis *materia* eſt oleum, & cera. particularis ſunt. *Gummi*, reſinæ, medullæ, adeps, pinguedo *quæuis*, quibus pulueres cuiuslibet rei. *ſic parantur*.

*Vnguentum Aureum Meſues.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Ceræ flauæ,* | *vnc. vi.* |
| *Olei communis,* | *lib. ij. s.* |
| *Therebenthinæ,* | *vnc. ij.* |
| *Ræſinæ pini,* | } *an. vnc. i. s.* |
| *Colophoniæ,* | |
| *Thuris,* | } *an. vnc. i.* |
| *Maſtiches,* | |
| *Croci,* | *drac. i.* |

Liquantur ſimul Cera reſina Colophon, Maſtiches, & Therebẽthina ſub fine adde Thuris in puluerem cum Croco, & fiat vnguentum. Vulnera certò, & ſalubriter glutinat.

*Vnguentum Baſilicum minus.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Ceræ flauæ,* | } *an. lib. i.* |
| *Reſinæ pinguis,* | |
| *Picis gracæ,* | |
| *Ol. communis q. s.* | |

Liquantur ſimul, & fiat vnguentum.

### *Unguentum Baſilicum Maius.*

℞. *Ceræ albæ,*
*Reſinæ pini,*
*Sapi vaccini,*
*Picis græcæ,*
*Picis nigræ,* } *an. unc. i.*
*Therebenthinæ,*
*Thuris,*
*Myrrhæ,*
*Olei communis q. s.*
Fiat Vnguentum.

### *Vnguentum Aegyptiacum.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Aeruginis,* | *drac. x.* |
| *Mellis,* | *drac. xiv.* |
| *Aceti albi,* | *drac vij.* |

Coque igne, & tantiſper moue, donec fiat rubrũ.

### *Vnguentum Apoſtolorum.*

℞. *Ceræ albæ,*
*Therebenthinæ,*
*Reſinæ,* } *an. drac. xiv.*
*Ammoniaci,*

*Ari-*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0420-2
DFG

*Ariſtolochiæ longæ,* } *an. drac. vi.*
*Thuris, Bdellij,*
*Myrrhæ, Galbani,* *an. vnc. iv.*
*Lithargyrij,* *drac. ix.*
*Opopanacis, æruginis,* *an. drac. ij.*
*Olei communis,* *lib. ij.*
*Hyeme vero,* *lib. iij.*

Miſce fiat vnguentum ſecundum artem Soluenda ſunt Gummi cum aceto eaq; coque ad mellis craſſitiem, his Therebinthinam refrigerato ferè vnguento miſce paulatim cum pulueribus.

*Vnguentum Album ſiue de Ceruſa.*

℞. *Ceruſæ lotæ,* *lib. ij.*
*Ol. roſati,* *lib. iv.*
*Ceræ albæ,* *vnc. iv.*

Miſce fiat Vngueutum.

Sunt qui Caphuram, qui Albumina ouorum, qui lithargirium, & qui ol. amid. dul. addunt.

*Vng. Dealthea ſimpl. Nic.*

℞. *Rad. althea,* *lib. ij.*
*Sem. Lini, Sem. fænugraci,* *an. lib. i.*
*Ol. communis,* *lib iv.*
*Ceræ,* *lib. i.*

*The-*

*Therebinthinæ,* ℥nc.ij.
*Reſinæ,* drac.vi.

Radices, & ſemina contuſa macerentur tribus diebus in aquæ lib. viij. aut q.s. quarta die coquantur, donec remittant craſſam, & viſcidam mucilaginem, eam deinde exprime, mox recipe expreſſæ mucilaginis lib. ij. & coque cum oleo. cum tandem aquoſum illud in mucilagine conſumptū fuerit, ceram addito, & fac ſecundum artem.

*Vng. Dealthea comp.* N.

| | |
|---|---|
| ℞. *Rad. Althea,* | *lib.ij.* |
| *Sem. Lini, Fœnugræci,* | *an. lib. i.* |
| *Scyllæ recentis,* | ℥*nc. vi.* |
| *Olei,* | *lib. iv.* |
| *Ceræ,* | *lib. i.* |
| *Therebinthinæ,* | *an.* ℥*nc. ij.* |
| *Gummi hederæ,* | |
| *Galbani,* | |
| *Colophoniæ, Reſinæ,* | *an. vnc. vi.* |

Radices, & lini ſemina contuſa macerentur tribus diebus in aqua q s. deinde coquantur donec mucilago craſeſcat, poſtea recipe mucilaginis expreſſæ lib. ij. cui adde reliqua, & fac vnguentum ſecundum artem.

Vn-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0422-4

*Vnguent. Populeon.*

℞. *Oculorum populi arboris recentium, lib. i. ſ.*
*Axungiæ porcinæ præpar. lib. ij.*

Oculi populi contundantur, & macerentur cum axungia, donec ſequentes herbæ colligi queant: deinde.

℞. *Fol. papau. Agreſtis,*
*Fol. mandragoræ,*
*Cymarum rubi tenerrimarum,*
*Fol. Hyoſciami,*
*Solatri,*
*Vermicularis,*
*Lactucæ,*
*Semperuiui mai,*
*Bardanæ,*
*Violarum,*
*Vmbili i veneris,* } *an. vnc. iij.*
*Vini optimi q. ſ.*

Coquantur ad vini conſumptionem; deinde cola, exprimè, & fiat vnguentum.

Contra nimium calorem valet, & temporibus illitum ſomnum conciliat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0423-9

*Vnguent. Diapompholigos 1. de Tuthia N.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Ol. roſati,* | *vnc. x.* |
| *Ceræ albæ,* | *vnc. v.* |
| *Succi fructus ſolani ſatiui,* | *vnc. viij.* |
| *Ceruſæ lotæ,* | *vnc. iv.* |
| *Plumbi vſti, & loti,* | } *an. vnc. ij.* |
| *Pompholigis 1. Tuthiæ præp.* | |
| *Thuris,* | *vnc. i.* |

Confice ſecundum artem.

Ad ſiccanda eriſipellata, vulnera ſordida, & vlcera caua cicatricem ducit, & refrigerat.

*Vnguent. de Minio.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Minij tenuiſsimè pulueris,* | *man. iij.* |
| *Lithargirij,* | } *an. vnc. i. s.* |
| *Ceruſæ,* | |
| *Ol. roſati,* | *lib. i. s.* |
| *Ceræ albæ,* | *vnc. iij.* |

Miſce, & fiat vnguentum.

*Vnguent. Refrigerans Gal.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Ceræ albæ,* | *lib. s.* |
| *Ol. roſati omphac.* | *lib. ij.* |

Liquan-

Liquantur ſimul, & aqua fontis frigidiſſima diu lauentur, & tandem aceto albo ſubigantur.

*Vnguent. Santal.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Roſarum,* | *drac. xij.* |
| *Santal. rub.* | *drac. x.* |
| *Santal. albi,* | an. drac. vi. |
| *Santal citrini,* | |
| *Boli armeni,* | *drac. vii.* |
| *Spodij,* | *drac. iv.* |
| *Camphoræ,* | *drac. ii.* |
| *Ceræ albæ,* | *drac. xxx.* |
| *Ol. roſati,* | *lib. i.* |

Miſceantur ſecundum artem, & fiat vnguentum.

*Vnguentum Comitiſſæ.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Cort. median. Caſtanearum,* | an. vnc. i. ß. |
| *Glandium,* | |
| *Cort. mediani Quercus,* | |
| *Bacc. myrthi,* | |
| *Caudæ equinæ,* | |
| *Gallarum,* | |
| *Cort. fabarum, Acinor. Vuar.* | |
| *Calicum glandium,* | |
| *Sorborum immaturor. ſicc.* | |
| *Meſpillorum immaturor. ſicc.* | |
| *Fol Capparis,* | |
| *Fol. prunioli ſilueſtris,* | |
| *Rad. Chelidonij,* | |

Contundantur aliquantulum, & coquantur in decocti plantag. quantum ſufficit.

Inceptum abortum prohibet, hæmorrhoides ac laxatos renes conciliat.

*Unguent. Reſumptiuum.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Axungiæ porci recentis ſine ſale,* | *vnc. iv.* |
| *Axungiæ Gallinaceæ,* <br> *Anſeris,* <br> *Anatis,* | *an. vnc. ij.* |
| *Oeſypi humidi,* | *vnc. s.* |
| *Olei violati,* <br> *Chamæmeli,* <br> *Anethini,* | *an. vnc. ij.* |
| *Butyri recentis,* | *lib. i.* |
| *Ceræ albæ,* | *vnc. vi.* |
| *Mucilaginis Tragacant.* <br> *Mucilag.* <br> *Sem. Cotoneorum.* <br> *Lini,* <br> *Biſmaluæ,* <br> *Gummi Arab.* | *an. vnc. s.* |

Miſce, & fiat Vnguentum.

*Vng. de Arthanita minus.*

℞. *Succi Cyclaminis,*
*Succi Glutinoſi, Rad. filicis,* } *an. vnc. ix.*
*Succi Ebuli,*
*Succi ſumitat. Tamariſci,* *vnc. ij.*
*Oeſypi humidæ,* *vnc. v.*
*Olei Irini,* *lib. ij.*
*Bdellij,*
*Ammoniaci,* } *an. vnc. i. s.*
*Aceti q. s. ad ammoniacum diſsoluendum,*
*Ceræ Citrinæ,* *vnc. vi.*
*Cort. rad. Capparis,* *vnc. i. s.*
*Spicæ,* *drac. iij.*

Conficè vnguentum ſecundum artem.

*Vnguent. de Arthanita Maius M.*

℞. *Succi Arthanitæ,* *lib. iij.*
*Succi Cucumeris aſinini,* *lib. i.*
*Ol. Irini,* *lib. ij.*
*Butiri Vaccini,* *lib. i.*
*Pulpæ Colochintidos,* *vnc. iv.*
*Polipodij,* *vnc. vi.*
*Euphorbij,* *vnc. s.*

Arida omnia contundantur, & macerentur in ſuc



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0427-2 DFG

ciſ per dies octo, affuſo etiam oleo in vaſe vitreo diligenter obturato; nono deinde die coquantur lento igne aliquandiu, poſtea colentur, colaturæ adde Sagapeni in aceto diſſoluti aur. v.
Confice ſecundum artem.

℞. *Myrrhæ*, aur. ij.

Coquantur iterum ad conſumpt. ſuccorum poſtea adde.

*Ceræ*, unc. v.
*Felis Taurini*, aur. v.

Ferueant ſimul, donec liqueſcat cera, poſtea inſperge ſequentium rerum in tenuiſsimum pulu.

℞. *Scammoneæ*,
*Aloes*,
*Mezereon*, *Colochintidos*, } an. aur. v.
*Euphorbij*, aur. ij.
*Salis gemmæ*, aur. iij.
*Thurbith*, aur. v.
*Piperis longi*,
*Zingiberis*,
*Camomillæ*, } an. aur. ij.

Confice ſecundum artem.

Illitum ſtomacho vomitu purgat, Hipogaſtrio autem inunctum, aluum deijcit, ob id Hydropicos mire iuuat, ſeorſum excrementum educendo, vermes quoq; necat, & educit.

*Un-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0428-8 DFG

### *Vnguent. Citrinum.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Boracis,* | *vnc. ij.* |
| *Caphuræ,* | *vnc. i.* |
| *Coralli albi,* | *vnc. i. s.* |
| *Gypſi,* | *vnc. i.* |
| *Vmbilici marini,* | |
| *Tragacanthæ albiſsimæ,* | |
| *Amyli, Cryſtalli,* | |
| *Enthalij,* | *an. drac. iij.* |
| *Denthalij,* | |
| *Thuris albiſsimi,* | |
| *Nitri,* | |
| *Marmoris albi,* | *drac. ij.* |
| *Gerſæ ſerpentariæ,* | *drac. i.* |
| *Ceruſæ,* | *drac. vi.* |
| *Axungiæ porcinæ rec.* | *lib i. s.* |
| *Sepi Caprini præp.* | *vnc. i. s.* |
| *Adipis Gallinacei præp.* | *vnc. i.* |

(The brace groups *Vmbilici marini* through *Thuris albiſsimi* under *an. drac. iij.*)

Axungiam porcinam, & adipem gallinaceum liqua ſimul, & impone tepidis adhuc corticum citrij ſatis magnam quantitetem, & macerentur per menſem vnum, poſtea eximito cortices, & aliquatę porcinę adipis porcinæ adde adipem gallinaceum, & Sebum Caprinum, deinde addantur reliqua tenuiſsimè trita; vltimo verò inſperge Caphuram ſubtiliſsimè tritam.

Fa-

Faciei maculas emendat, ſcabiem corrigit cicatrices exterminat, ruborem oculorum aufert, aſpera leuigat.

*Vnguent. ex ſuccis.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Ol. roſati comp.* | *lib. i.* |
| *Ol. roſ. Omphac.* | *lib. s.* |
| *Succi fol. Plantag.* | } *an. vnc. iii.* |
| *Succi fol. Hortenſis,* | } |
| *Succi Centaur. min.* | } |
| *Succi Lapatii,* | } |

Bulliant olea cum ſuccis ad eorum conſumpt. deinde adde Ceræ albæ q.s. ad formandum vnguentum molle; quibus benè agitatis, donec tepida fiunt inſperge.

| | |
|---|---|
| *Lithargirii tenuiß. pul.* | *vnc. iii.* |
| *Pompholigis præp.* | *vnc. s.* |
| *Recrem. plumbi pulu.* | *drac. vi.* |

Miſce fiat vnguentum.

*Aliud Vnguent. ex ſuccis.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Lithargirii Loti,* | *lib. i.* |
| *Ol. roſati, q. s.* | |
| *Succorum plantag.* | } *an. q.s.* |
| *Solatri Hort.* | } |

Nu-

Nutriantur ſimul in mortariolo, & fiat vnguentum.

*Vnguent. de Lithargirio,*

℞. *Lithargyrij,*
*Ol. communis aut potius roſati,* } *an. q.s.*
*Aceti,*

Nutriatur primò lithargyrium cum oleo roſato longo tempore adde poſtea acetum ſenſim, & iterum oleum, & ſic viciſſim fiat vnguentum.

*Vnguentum Roſatum.*

℞ *Axungiæ porcinæ recentis, q. s.*
Laua multoties in aqua tepida, & toties donec omnem odorem depoſuerit, in ea infunde roſas tuſas per 7. dies, poſtea lento igne coque in vaſe duplici, & cola, in qua recentes roſas tuſas iterum infunde, coque, & cola, ter repete, & habebis vnguentum perfectum.

*Vnguent. florum Arantiorum, Citrij,*
*Ieſmini.*

℞. *Florum arantiorum q. s.*
Integros infunde in s. q. axungiæ porcinæ optimè



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0431-4
DFG

lotæ cum aqua tepida, & tandem frigida, lento igne excalefac quotidiè, & tandem cola in colaturã nouos flores integros affunde, macera in ſole vel hypocauſto cola iterum, vt prius, ter & quater reiteretur dicta infuſio.

*Vel alio modo.*

℞. *Supradictorum florum q. s.*
Infunde in s. q. olei ben macera per aliquot dies cola, & reitera ter infuſionem, ſi volueris ſexies, & ſepties, in vltima colatura liqua Cerã albam q. s. vt inſpiſſetur.

In oleo amigd. dul. pariter fit infuſio, at breui tempore aceſcit, & amittit ſuauitatem omnem, & fit rancidum, & graueolens.

*Chymica Præparatio.*

℞. *Ex ſupradictis floribus,*
Extillatur oleum per veſiccam, vel vas refrigeratorium, vt ſupra diximus, in eo liquatur ceræ albæ quantum ſufficit ad iuſtam vnguenti craſſitiem.

*Unguentum Martiatum.*

℞. *Ceræ albæ,* — *lib.ij.*
*Olei,* — *lib.viij.aut q.s.*
*Roriſmarini, Fol. lauri,*
*Ruthæ,* } *an. vnc. viij.*
*Tamariſci, Ebuli, Sabinæ,*
*Balſamitæ,*
*Saluiæ, Polij,*
*Calamenthæ, Arthemiſiæ,*
*Enulæ, Bethonicæ, Brancæ,*
*Vrſinæ, Spargulæ,*
*Herbæ venti, Pinpin.*
*Agrim. Abſinth. Ocymi,*
*Herbæparal.*
*Coſti, Cimarum, Sambuci,*
*Craſſulæ, Mille folij,*
*Semperuini, Chamædrios,*
*Centaurij, Centumneruiæ,*
*Fragrariæ, Quinq. folij,* } *vnc.iv.s.*
*Rad. Althea,*
*Cimini,*
*Myrrhidis,* } *an.vnc.iij.*
*Fænugræci,*
*Butiri,* } *an. vnc.i.s.*

| | |
|---|---|
| *Sem. vrticæ, Violarum,*<br>*Papau. albi, menthæ Saracinæ,*<br>*Menthæ Criſpæ, Lapatioli,*<br>*Politrici, Cardoncelli,*<br>*Matriſsiluæ, Fl. camomill.*<br>*Herb. moſcatæ,*<br>*Linguæ ceruinæ,*<br>*Criſpulæ, Camphoratæ,*<br>*Styracis calamitæ,*<br>*Medullæ ceruinæ,* | *an. vnc. iij.* |
| *Adipis vrſini,*<br>*Adipis Gallinacei,*<br>*Adip. Anſerini, Maſtiches,* | *an. vnc. i.* |
| *Thuris,* | *vnc. iij.* |
| *Ol. Nardini,* | *vnc. ij.* |

Herbæ omnes in Maio menſe colligantur; & inciſæ macerentur in vino odorifero per dies ſeptē; octauo deinde die coquantur, donec ferè conſumatur vinum, poſtea cola; & colaturæ expreſſę adde oleum, & coque donec conſumatur vinū ferè; mox addę ceram, & reliqua ſecundum artem. aduerſus corporis frigida mala, reſolutionem coxendicum, nephritim, conuulſionem, & id genus alia valet. Tumores reprimit, duritiės emollit, liuoremq; cutis emendat.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0434-1

*Vngent. Aregon.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Roriſmarini, Maioranæ, rad. Iari. i. Serpentariæ, Serpilli, Ruthæ, Rad. Cucumeris aſin.* | *an. vnc. iv. ß.* |
| *Fol. Lauri, Saluiæ, Sabinæ,* | *an. vnc. iij.* |
| *Pulicariæ mai minoris,* | *an. vnc. iv.* |
| *Rad. Brioniæ,* | *vnc. iij.* |
| *Laureollæ, Fol. Cucum. aſinini, Nepetæ,* | *an. vnc. vi.* |
| *Maſtichis, Olibani,* | *an. drac. iv.* |
| *Pyrethri, Euphorbij, Zingiberis, Piperis,* | *an. vnc. iv.* |
| *Olei Moſchelini,* | *vnc. ß.* |
| *Ol. Communis,* | *lib. v.* |
| *Petrolei Clari,* | *vnc. i.* |
| *Butyri,* | *vnc. iv.* |

Herbæ, & radices Maio menſe collectæ in oleo macerentur diebus ſeptem, deinde coquantur, & colentur, colato oleo adijce reliqua, atq; adde.

| | |
|---|---|
| *Ceræ,* | *lib. i. vnc. iij.* |

Prodeſt malis corporis frigidis, conuulſionibus, reſolutionibus partium. item dolori colico, renum, articulorumq;

*Vn-*

*Unguent. Agrippæ Regis.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Rad. Brioniæ,* | *lib. ij.* |
| *Rad. Cucum. aſinini,* | *lib. i.* |
| *Scillæ,* | *lib. s.* |
| *Ireos,* | *unc. iij.* |
| *Rad. filicis,* | an. unc. ij. |
| *Ebuli,* | |
| *Tribulorum aquatic.* | |
| *Ceræ albiſs.* | *unc. xv.* |
| *Ol. albiſs.* | *lib. iv.* |

Macerentur radices recentes cõtuſæ per dies octo in oleo, deinde coquantur, & exprimantur. in colato oleo diſſolue ceram, & fiat vnguentum. Hydropicis, omnibus corporis œdematis ſuccurrit. Neruorum mala ſanat, vrinam mouet, extrinſecus illitum ventrem ſubducit, doloriꝑ renum vtile.

*Unguent. Vulnerarium.*

℞ *Ol. Vulnerarij in prim. par. deſcrip. lib. i.*

| | |
|---|---|
| *Ceræ Citrinæ,* | *unc. iij.* |
| *Therebenthinæ,* | *unc. i.* |
| *Maſtiches,* | *unc. i. s.* |

Liquantur ſimul, & fiat vnguentum.

*Aliud.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0436-2
DFG

*Aliud.*

℞. *Fol. Ophiogloſsi*, man. iij.
*Bugulæ*,
*Saniculæ*, } an. man. i.

Infundantur in ſufficienti quantitate olei Hypericonis, coquantur lento igne, & colentur, in colatura infunde.

*Flores Tapſi barbati*,
*Floris ſolis ſeu*
*Helyanthemi alijs*
*Hyßopi nemorenſis*,
*Hyppericonis*, } an. par. æqual.

Coquantur lento igne poſt macerationem 8. vel 10. dierum. in colatura ſolue.

*Maſtiches*, vnc. iij.
*Ceræ Citrinæ q. s.*

Fiat vnguentum ſecundum artem.

*Vnguentum Armarium.*

℞. *Adipis verris aprugni*,
*Vrſini*, } an. lotones viij
*Pul. Lumbricorum*,
*Cerebri Aprugni ſiccati*,
*Sandali rubri odoriferi*,
*Muniæ, Hæmatit.* } an. vnc. i.

*Vſneæ*,

*Vſneæ, Circiter,* *vnc. i.*

Fiat vnguentum ſecundum artem.

*Aliud ex T. P.*

℞. *Vſneæ in cranio humano aliquandiu ſub cælo relicto,* *vnc. ij.*
*Mumiæ,* *vnc. s.*
*Adipis humani,* *vnc. ij.*
*Sanguinis humani,* *vnc. s.*
*Ol. lini,* *drac. ij.*
*Ol. roſarum,* *vnc. i.*
*Boli armeni,* *vnc. i.*

Hæc in mortario tunde tamdiu donec in purum vnguentum redigantur.

Vires, & vſus in medium non propono; non vtilitati, ſed etiam curioſitati conſulere oportet.

*Chymica Præparatio.*

VNguenta ſuperius facta varijs modis poſſunt Chymicè præpari, de quibus varia iam tradidimus præcepta, at quia antiquorum methodum ſequimur eam meritò intactam reliquimus.

*Vnguentum Bezoardicum A. S.*

℞. *Succi Nicotianæ,* *lib. iv.*
*Ruthæ,*
*Abſinthij,*
*Abrotani,* } *an. lib. ij.*
*Card. bened.*
*Axungiæ Cerui Iuuenis,* *lib. ij.*
*Ol. Scorpionum optimi,*
*De Sem. Citrij expreſsi,* } *an. lib. ſ.*

Bulliant ſimul in olla vitreata lentoq́; igne ad ſuccorum conſumptionem, mox cola, & refrigerari ſine, poſtea vnguentum ſuperius à ſuccorum reſidentia, quod viridiuſculum, ſulphureiſq; dictarum herbarum ſubſtantijs valde repletum erit, ſepara, adde.

℞. *Extracti Alexiterij ſpecifici,* *vnc. iij.*
*Extracti opij Thebaici,*
*Eſſentiæ mumiæ,* } *an. vnc. i.*
*Caſtorei,*
*Ol. Balſamici peruuiani odoriſ. per retortam diſtillati,*
*Ol. de liquid. Ambra,*
*Ol. de ſtyracis liquid.* } *an. drac. iv.*
*Ol. ſuccini albi,*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0439-2
DFG

Ol. *Caryophillorum,* 
*Ligni Saßafras,* 
*Thymi,* } *an. drac. ij.*
*Roriſmarini,* 
*Camphoræ,* 
Miſce fiat vnguentum.

*Vnguent. pro Scabie.*

℞. *Vnguent. Roſati,* *lib. i.*
*Balſami Peruniani,* *vnc. i.*
*Mercurij dulcis ſublim.* *vnc. i.* (Calomel)
Miſce fiat vnguentum.

*Aliud.*

℞. *Styracis liquidæ,* *vnc. i.*
*Vng Roſati,* *vnc. ij.*
Miſce fiat vnguentum.

*Aliud.*

℞. *Vnguent. de litargyrio,* } *an. vnc. ij.*
*Vnguent. Roſati,* 
*Styracis liquid.* *vnc. i.*
Miſce fiat vnguentum.

*Aliud.*

*Aliud.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Therebenthinæ lotæ,* | *vnc. ij.* |
| *Vitellorum ouorum,* | *num. ij.* |
| *Ol. Roſati,* | *vnc. iij.* |
| *Sulphuris ſub. triti,* | *drac. iij.* |
| *Ceruſæ,* | *vnc. s.* |

Miſce fiat vnguentum.

*Aliud.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Lithargyrij loti,* | *vnc. ij.* |
| *Ol. roſati, q. s.* | |
| *Succi herbæ Reginæ, q. s.* | |

Nutriantur ſimul in mortariolo, & fiat vnguentũ.

*Aliud.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Vng. de Lithargyrio,* | } *an. vnc. ij.* |
| *Vnguent. Roſati,* | |
| *Styracis liquidæ,* | *vnc. i.* |
| *Cynnabaris,* | *drac. iij.* |

Miſce fiat vnguentum.

## *De Cerotis, & Emplaſtris.*

BOnoniæ vbi hæc meditamur Emplaſtri nomine abutuntur Medici, & pro Emplaſtro Cataplaſma intelligunt, & pro Ceroto Emplaſtrum, Emplaſtrum, & Ceratum ſecundum conſiſtentiæ modum differunt: vt enim linimentum, & vnguentum ita Ceratum, & Emplaſtrum; *Ceratum enim Emplaſtro minus du*ram habet conſiſtentiam: ad Emplaſtri tamen duritiem ferè accedit. Dicitur Cerotum, & Ceratum à Cera, quod maiorem partem Ceræ recipiat, & componitur hodie ex pulueribus, oleis, gummi, pice, Therebentina, & Cera additis interdum pinguedinibus, medullis, & mucilaginibus. Emplaſtrũ ἀπὸ τοῦ ἐμπλάσσειν. Quod extendi, & linteo, vel alutæ induci, vel illini poſsit: Eſt enim Emplaſtrum medicamentum corpori admouendum, durum valdè, & ſolidum, eiq; firmiter adhæreſcens.

### *Emplaſtrum Diachylon S. M.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Litargyrij*, | *vnc. vi.* |
| *Ol. veteris*, | *vnc. xij.* |

*Mu-*

*Mucilaginis, Sem. Lini,*
*Fœni græci,* } *an. vnc. iij.*
*Rad. Maluæ,*

Coquantur ſimul lithargyrium, & oleum donec craſeſcat poſtea ſenſim adde mucilagines, omnia ſemper rudicula ſeu ſpatula mouendo, & fiat Emplaſtrum.

*Empl. Diachylon magnum M.*

℞. *Lithargyrij tenuiſsimi,* lib. i.
*Ol. Irini,*
*Anethini,* } *an. vnc. viij.*
*Chamæmelini,*
*Mucilaginis, Sem. Lini,*
*Fœnigræci,* } *an. drac. v.*
*Bdellij,*
*Therebinthin.* vnc. i. s.
*Ficus pingues,* num. xij.
*Sepi Hircini,* } *an. vnc. ij. s.*
*Reſinæ,*
*Ceræ,* vnc. vi.
*Ol. Sampſuchini, & de Spica,* an. q. s.

Miſce fiat Cerotum.

*Emplaſt. Diapalma ſeu Diacalciteos.*

℞. *Lithargirij*, *lib. iij.*
*Ol. veteris*, *lib. iij.*
*Axungiæ porci*, *lib. ij.*
*Chalciteos*, *vnc. iv.*

Coquantur ſimul Litharg. & oleum ſpatula ſenſim mouendo, lento igne, Axung. poſtea adde ſub fine Chalcit. nonnulli aquam addunt, & album ferè redditur.

*Empl. Album ſiue de Ceruſa.*

℞. *Ceruſæ*, *lib. i. ſ.*
*Ol. roſati*, *lib. ij.*
*Ceræ albæ*, *vnc. iv.*

Vt album euadat plus Ceruſæ addunt, ad hoc maximè ne coquatur, vbi verò coxerit, nigrum euadit.

*Empl, de Ianua.*

℞. *Succi Bethonicæ*,
*Plantag.*
*Apij*, } *an. lib. i.*

Ce-

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0444-6
DFG

*Ceræ, Picis, Reſinæ, Terebenthinæ, an. lib. s.*
Fiat Emplaſtrum M.

*Empl. de Gratia Dei Nic.*

℞. *Terebenthinæ,* *lib. s.*
*Reſinæ,* *lib. i.*
*Ceræ albæ,* *vnc. iv.*
*Maſtiches,* *vnc. i.*
*Verbenæ, Betonicæ, Pimpinell. an. man. i.*

Fiat decoctio herbarum in vino albo generoſo ad conſumptionem tertiæ partis. Colaturæ diſſolue Ceram, Reſinam, Maſtichem, bulliant donec incorporentur, & agitentur. Tunc ab igne deponantur, & Terebinthina inijciatur, agitando cum ſpathula, & fiat Emplaſtrum.

*Emplaſt. contra rupt. ſiue de pelle arietina.*

℞. *Lithargyrij, Lapid. Hæmatit.*
*Sanguinis draconis, Boli Arm.*
*Opij, Maſticis, Ammoniaci,* } *an. drac. s.*
*Mumiæ, Galbani, Thuris,*
*Coſti, Lumbricorum,*
*Picis nigræ, Picis Grecæ,*
*Ceræ albæ,* } *an. drac. i.*
*Ceræ rubræ,*

*Rad.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0445-2

| | |
|---|---|
| *Rad. Conſolid. mai. minoris,* | *an. unc. iij.* |
| *Roſar. rub. Myrrhæ, Aloes,* | *an. gr. xviij.* |
| *Succi Hyppociſtidis,* | *drac. vi.* |
| *Gallar. immaturar. balauſt.* *Ariſtolochiæ rotond.* | *an. drac. vi.* |
| *Viſci quercini, Therebenthinæ,* | *an. drac. ij.* |
| *Sanguinis hominis ruffi,* | *drac. ix.* |

Fit autem hunc in modum, Pellem arietinam integram cum omnibus pilis coques in aqua, donec ferè omnino diſſoluta ſit in lentorem quendam: quem colabis. huius colaturæ ſume lib. j. immitte in vas nouum, in quo viſcus liquabis lento igni, rudicula ſemper agitando: inijce deinde lumbricos, poſtea ceram, therebinthinam, & maſticem: his liquatis. adde gummi aceto diſſoluta: & coque ad cerati craſſitiem: poſtremò inijce, quæ terenda ſunt, probè trita: probè miſceto, & confice magdalias. Arnaldus.

*Emplaſt. de Ranis Io. de Vigo, nonnullis de Vipera.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Ol. Chamæmeli,* *Auethi de ſpica de Lilio,* | *an. unc. ij.* |
| *Adipis porci, Vituli,* | *an. lib. i.* |
| *Euphorbij,* | *drac. v.* |
| *Thuris,* | *drac. x.* |

*Ol. Laurini, ſeſcunciam,*
*Adipis Viperæ, vnc. ij. ſ.*
*Ranas viuentes, ſex.*
*Lumbricorum in vino lotorum, vnc. iij. ſ.*
*Succi rad. Ebuli, & Enulæ, vnc. ij.*
*Schœnanthi, Stæcadis, Matric. an. man. i.*
*Vini odoriferi, lib. ij.*

Coque omnia ſimul ad vini conſumptionem; coletur, colato adde lithargyri j auri, lib. i j.

*Therebinthinæ claræ, vnc. ij.*

Cum Cera alba fiat Emplaſtrum. addendo in fine Styracis calamitæ, *ſeſcunciam.*

Et igni ablatum piſtillo tribuletur, donec ſit tepidum, tunc adde argenti viui, ſaliua extincti, vnc. iv. miſce diu piſtillo.

*Emplaſtrum ſeu Cerotum de Viperá.*

| | |
|---|---|
| *℞. Pinguedinis Viperæ,* | *vnc. iij.* |
| *Vng. Populeonis,* | *lib. i. ſ.* |
| *Lithargyrij,* | *vnc. iv.* |
| *Picis græcæ,* | *vnc. vi.* |
| *Ceræ albæ,* | *vnc. iv.* |

Coquantur in vnguentum, & ſub finem adde.

| | |
|---|---|
| *Spinæ Viperinæ ſubtil. pulueriſ.* | *vnc. ij.* |
| *Minij ſubtil. pulu.* | *vnc. i.* |

Fiat Cerotum ſecundum artem.

Valet ad diſcutiendos tumores duros, & ad gũmata gallica reſoluenda.

*Emplaſtrum oxycroceum.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Croci, Pici, Colophoniæ,* *Ceræ,* | an. unc. iv. |
| *Therebinthinæ,* *Galbani, Ammoniaci,* *Myrrhæ, Thuris,* *Maſticis,* | an. unc. i. |

Miſce fiat Empl.

*Empl. de Meliloto.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Nardi Gall. Cyperi,* *Iridis, Myrrhæ,* | an. drac. viij. |
| *Croci,* | unc. s. |
| *Melilotti,* | drac. xxv. |
| *Ammoniaci, Therebinthinæ,* | an. drac. i. |

*Empl. Sticticum.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Minij, Lapid. Calaminaris,* | an. lib. s. |
| *Lithargyrij auri, & argenti,* | unc. iij. |

| | |
|---|---|
| *Ol. lini, Oliuarum,* | an. lib. i. s. |
| *Laurini,* | lib. s. |
| *Ceræ; Colophoniæ,* | an. lib. i. |
| *Vernicis, Therebinth.* | an. lib. s. |
| *Opopanacis, Galbani,* | |
| *Serapini, Ammoniaci,* | an. vnc. ij. |
| *Bdellij,* | |
| *Carabe citrini,* | |
| *Olibani,* | |
| *Myrrhæ Alexandrinæ,* | an. vnc. i. |
| *Aloes epat.* | |
| *Ariſtol. vtriuſq. longæ & rot.* | |
| *Mumiæ, magnetis, Hæmatit.* | an. vnc. i. s. |
| *Corall. alb. & rubeorum,* | |
| *Matris perlarum,* | |
| *Sanguinis draconis,* | an. vnc. i. |
| *Terræ ſigillatæ,* | |
| *Vitrioli albi,* | |
| *Florum Antimonij,* | drac. ij. |
| *Croci martis,* | parum. |
| *Camphoræ,* | vnc. i. |

Coque primò Lithargyrium, & minium cũ oleis, paulò poſt adde lapid. calam. ceram poſtea, & tandem Gummi cum Therebinthina mixta, eaq; prius in mellis craſſitiem cocta, quibus pulueres. Mira de hoc Emplaſtro efferuntur, maximè in cruentis, & in inueteratis vlceribus.

*Aliud ex Chyrurg. Mag. Th. P. P. p. T. ij. C. vi.*

℞. *Ceræ virg.* *lib. i.*
*Picis græcæ tantundem,*
*Therebinthin.* *quart. i.*
Colliquatis ad ignem, inſperge.
*Pul. Maſtiches,*
*Succini,*
*Pulu. Myrrhæ,*
*Thuris,* } *an. vnc. ſ.*
*Mumiæ,* *vnc. ij.*
*Aloes Epaticæ,* *vnc. i. ſ.*
*Camphoræ,* *vnc. ſ.*
Miſce fiat Cerotum.

*Aliud.*

℞. *Ceræ,* *lib. i.*
*Colophoniæ, Picis,* *an. vnc. i.*
*Gummi Ammoniaci,* *vnc. ij.*
*Bdellij,* *vnc. i.*
*Magnetis ſub. triti,* *vnc. iij.*
Miſce fiat Cerotum.

*Aliud*

*Aliud deſcript. noſtra.*

℞. *Maſtiches,* vnc. i. ſ.
*Succini,* vnc. ſ.
*Camphore,* drac. ij.
*Ceræ citrinæ,* vnc. iv.
*Ol. Balſamici vulnerarij,* q. ſ.

Liquantur ſimul ſub finem adde.

*Therebinth. Picis nigræ,* an. vnc. i.
*Thuris,*
*Ariſtoloch. rotund.* } an. drac. vi.
*Mumiæ,*

Miſce fiat Cerotum.

*Aliud.*

℞. *Lithargyrij auri loti,* lib. i.
*Ol. vulnerarij in pri. part. deſcr.* lib. ij.
*Succi Ophiogloſsi, Bugulæ,* an. vnc. iij.

Coquantur ſimul ſpatula ſemper mouendo donec in Emplaſtri craſſitiem euadant, refrigeratis ferè adde.

*Therebinthinæ,*
*Gum. Opopanacis,* } an. vnc. ij.
*Ammoniaci, Sagapenni,*

*Pulu.*

*Pulu. Thuris,*
*Ariſtolochiæ,* } *an. unc. ß.*
*Mumiæ,*

Miſce fiat Cerotum.

*Ceratum ſiue Empl. de Cruſta panis.*

℞. *Maſtiches, Menthæ,*
*Spodij, Coralli rubri,* } *an. drac. i.*
*Santal. albi, rubri,*
*Cruſta panis toſta, & macerata in aceto per horam mediam,* *unc. ij.*
*Ol. Maſtichini, Cythoniorum, an. unc. i.*
*Farinæ hordei, q. s.*

Fiat Emplaſtrum. ſeu potius Cataplaſma. valet in vomitu puerorum. & his qui cibum retinere non poſſunt.

*Ceratum Diaphænicum Calid.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Ceræ,* | *unc. ij.* |
| *Ol. roſati, Nardini,* | *an. unc. iv.* |
| *Datyl. ſicc.* | *num.* 40. |
| *Panis biſcotti,* | *drac. viij.* |

Macerentur biduo in vino opt. poſt.
*Carnis Cythonior. in vino coct. unc. i.*
*Maſtiches, Thur. Abſinth. an. unc. ij s.*

*Ligni*

*Ligni aloes, Macis, Myrrhæ,*
*Aloes lotæ, ſpicæ nardi, Acaciæ,* } *an. drac. i.*
*Galliæ moſcatæ, Throchi ſc. rum.*
*Calam. arom.*
*Ladani,* *drac. ij.*

Miſce fiat Emplaſtrum.

*Chymica Præparatio.*

OLea, vnguenta, *linimenta*, Cerota, & Emplaſtra, quæ interiores partes forinſecus admota iuuare creduntur, ſi deſtillatione attenuantur, depurantur, & exaltantur, id *facilius præſtare nemo eſt qui ignoret*. in vtroq; Ceroto ſeu Emplaſtro præcipua vis in aromatis, pane, maſtiche, & paucis oleis *conſiſtit. qui* de Cruſta panis conficere voluerit, accipiat ſpiritum panis cum ſuo oleo, & cũ oleo maſtiches, & menthæ, in his liqua Ceram, & forma Emplaſtrum cui adde ſi volueris ſalia corallorum, & ſpodij.

Si Cerotum diaphœnicum tam calid. quam frigid. Accipe aromata in eo deſcripta, *macera* in vino optimo rub. deſtilla per refrigeratorium, eadem via tincturam, & ſalem conficies, his miſce ſpiritus, & olei panis tantiſper, quibus maſtiches oleum, & tandem in his ſolue ceram, & fiat Cerotum. ſed minori cum labore parabis. Emplaſtrũ

ſto-

ſtomachicum præſtantiſſimum hoc modo. Emplaſtro pro ſtomacho.

| | |
|---|---|
| ℞. *Ol. Maſtiches per retortam deſtill.* | *vnc. ſ.* |
| *Ol. Menthæ, Abſinthij,* | |
| *Nucis moſcat.* | *an. drac. i.* |
| *Gariophillorum,* | |
| *Gummi Tacamaccæ,* | *vnc. i. ſ.* |
| *Ceræ citrinæ,* | *vnc. iv.* |

Miſce fiat Ceratum.

*Aliud.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Schœnantos, Calami arom.* | |
| *Spicæ nardi, Macis,* | *an vnc. i.* |
| *Gariophillorum, Abſinthij,* | |
| *Thuris, Labdani,* | *an. vnc. ſ.* |
| *Maſtiches,* | *vnc. ij.* |
| *Zingiberis,* | *an. vnc. ſ.* |

Macerentur triduò in ſ. q. vini optimi poſtea per refrigeratorium oleum, & aquam prolice, prima aqua prolecta auge ignem, & habebis oleum grauiter olens, rubicundi coloris, in vtroq; oleo ſolue.

| | |
|---|---|
| *Gummi Tacamaccæ,* | *vnc. i.* |
| *Ceræ citrin.* | *vnc. iij.* |

Miſce fiat Ceratum.

Em-

*Empl. pro vlceribus ſordidis.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Ol. Plumbi,* | *vnc. ſ.* |
| *Ol. Vulnerarij Balſamici,* | *vnc. iij.* |
| *Succini, Maſtiches,* | *an. vnc. ſ.* |
| *Lithargirij loti,* | *vnc. i.* |
| *Cynnabaris,* | *drac. ij.* |
| *Ol. Mercurij,* | *drac. i.* |

Miſce fiat Emplaſtrum.

*Emplaſt. Magneticum.*

| | |
|---|---|
| ℞. *Antimonij crudi,* | |
| *Sulphuris flaui,* | *an. drac. ij.* |
| *Arſenici albi,* | |

Pulueriſentur omnia ſubtiliſsimè, & in matracio ſeu phiala ſepeliantur in arena vſq; ad aliqualem eminentiam, ſubminiſtretur igni donec omnia liqueſcant, id quod ſtyli ferreo experiri licet, ſi nimirum eidem adhæſerit, & inſtar therebinthinę ductilis fuerit coloris rubei ſub obſcuri. Vaſe refrigerato eximitur materia, quæ eſt dura inſtar picis. Hic magnes Arſenicalis venenatus amplius non eſt; ſinè enim noxa omni animalibus dari poteſt. præterea cauterium potentiale eſt inſigne, quod ſine vlla inflammatione, aut corroſione do-

lorifica operatur. Vſus eius eſt in peſte, ex hoc Emplaſtrum.

| | |
|---|---|
| ℞. *Huius lapidis Arſen. & Magnet.* | *drac. iij.* |
| *Therebinthinæ lariceæ, Ceræ,* | *an. vnc. s.* |
| *Gummi Serapini,* | *an. drac. iij.* |
| *Ammoniaci,* | *an. drac. iij.* |
| *Galbani,* | *an. drac. iij.* |
| *Ol. Succini,* | *drac. iij.* |
| *Terræ vitrioli optimè lotæ,* | *drac. i.* |

Diſſolue prius gummata in aceto ſquillitico, ſolutionem per pannum linteum cola, & exprimè eamq; tamdiu bulliendo inſpiſſa donec acetum fuerit conſumptum, & gummata ad priorem conſiſtentiam redierint. deinde ſeorſim Ceram, & Therebinthinam eliqua, & extra ignem aliquandiu agita, donec ad ſpiſſitudinem vnguenti redigantur. porro adde gummata purificata, & inſuper puluerem arſenicalem cum vitrioli terra, & oleo ſuccini.

Hoc Emplaſtrum vlceribus, & Carbunculis peſtilentialibus more conſueto applicatum ſubito rumpit eadem, & venenum eximo inſtar magnetis potenter attrahit, nec apertum vlcus coire patitur ante perfectam extractionem omnis venenoſitatis.

Em-

*Emplaſtrum Atractiuum.*

℞ *Lythargyrij,*
*Lapid. Calamin.* } *an. vnc. ij.*
*Succini, Magnetis,*

Pulueriſata omnia tenuiter coque.

| | |
|---|---|
| *Olei lini,* | *lib. i. ſ.* |
| *Ceræ,* | *lib. i.* |
| *Therebenthinæ,* | *lib. ſ.* |
| *Vernicis,* | *vnc. iv.* |

Coque aliquandiu, donec inſpiſentur, adde poſtea gummata ſequentia vulgari modo in aceto ſoluta, & colata, viciſſimq́;

*Opopanacis,*
*Serapini,* } *an. vnc. i. ſ.*
*Galbani, Bdelij, Ammoniaci,*

Ebulliant leuiter, in fine adde pulueres.

*Maſtichis, Thuris,* } *an. vnc. i.*
*Mirrhæ, Aloes hæpaticæ,*

Diligenter moue ſpatula, & tandem malaxando in magdaleones redige. Valet in tumoribus podagricis, quos in aquam ſoluit, & extrahit.

*FINIS.*

# INDEX ALPHABETICVS. RERVM

Quæ in hoc opere continentur.

*A*


*ACetum Therebint.* 105
*Acetum Eſurinum.* ibid.
*eius parandi ratio.* ibid.
*Aeris ſympatheia.* 220
*Aeris vſus, & vires.* ibid.
*Aeris vitriolum.* 221
*1. 2. 3. 4.* 222
*eius oleum.* 223
*Tinctura.* 224
*Aes vſtum.* 220
*eius virtus.* ibid.
*Agrimonij decoct.* 85
*Aloes præparatio.* 74
*Alumen quid.* 169
*eius facultas, & vires.* ibid.
*eius vſus.* ibid.
*phlegma.* ibid.
*dulcedo.* 170
*Antimonium.* 183
*eius Tinctura.* 184


vi-

vires vſus. 184
Tinctura 2. 184
Tinctura 3. cum auro. 185
vitrum. 185
Vitrum aureum. 185
flores. 186
Antim. flos triplex. 186
eius fixatio. 186
Antimonij ſal. 187
Antim. Regulus 1. 2. 188
Antim. oleum 1. 2. 188
Acetum. ibid.
Antim. vtiliter metallis miſceri. 130
Argentinæ decoct. 16
Argentum eius nominis æthimolog. 213
Argenti calcinatio. 215
Puluis. 216
Vera calcinatio. 217
Calcinationes multiplices. 217
Argenti liquor. 218
Argent. med. vſus, vires. 218
Argenti viui coagulatio. 176
Amalgama cum ferro. 176
Auri pigm. decoct. ibid.
Auri nomen æquiuocum. 20
eius etimolog. 204
nomina. 204


præ-

præparatio. 205
eius diſſoluens. 206
quotuplex. 207
Auri diſſolutio Quercet. 206
eius Tinctura. 207
alia Tinctura. 208
Auri calcinatio vera. 209
Auri potabilis vera præparatio. 209
Auri calcinationes communes. 210
Auri vitrum. 212
Aqu. Gariophillorum. 50
Aqu. Aromatum. 50
Aqua Cinamomi 1. 2. 59
Aqu. odorifera. 60
Aqu. animal. 63
Caponum, & Cancrorum fluuiat. 63
vermium terreſt. 64
ranarum. 65
ſpermatis ranarum. 65
ſanguinis huma. 66
Aqu. excrement. animal. 66
hominis, 66
bubalini. 67
Aqu. mineralium. 67
Aqu. vitrioli. 68
Aluminis.
Aqu fortes. 69

ſa-

ſalis nitri. 69
ſalis communis. 69
gemmæ, Ammoniaci. 69
Aqu. fortis communis 1.2.3. 70
4.& 15. ibid.
Aqu. Regia. 71
Aqu. metall. 72
Aqu. virtus quomodo multiplicanda. 50
Aqu. nephritic. 53
Aqu. Cardiaca aduerſus venena 1. 51
Aqu. Cardiaca 2. 52
Aqu. Antipilept.
Apoplect. &c. 54
Aqu. Hyſterica. 55
Aqu. Hydrotica. 56
Aqua febriſuga. 57
Aqu. Zingiberis. 57
Aqu. odorata comp. 60
Aqu ſoporiferæ
1.2.3.4. 62
Aqua vitæ ex vino ſubacido. 105
ex racemis vu. 105
Aqua ſeu ſpiritus aere auctus. 112
Aqua putealis quando ſoluit aurum. 209
Alchermes conſ. 208
Chymica præparatio. 285



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0461-0
DFG

B

BEzoar. artificiale. 259
minerale. 259
Boli armeni præparatio. 161
Bugulæ decoct. 17
Benedicta laxat. 268
Benedict. S. Chymica. 269

C

CErotum quid. 372
Ceratum de Vipera. 377
Ceratum de Cruſta panis. 382
Ceratum Diaphœnicum. 382
Calor fimi æquini. 282
Calcinatio quid. 151
Cautiones in decoct. 5
Chaos mercurij. 191
Chinæ decoct. 22
Chryſopæi notantur. 207
Cichorij ſuccus. 75
Circulatio. 140
Cliſſus quid. 155
præpar. ibid.
Coagulatio. 156

Colirium viride. 156
Cementatio. 152
Conſolidæ decoct. 29
Corpus calefieri ob humorum mixtion. 177
Corpus mercurij ſuſpect. 200
Cornu monocerotis. 259
Coralla, eorum ortus ſpecies. 240
Corallum virginitatis ſymbolum. 240
Corall. ſal. 242
Corall. Tinctura. 243
Corall. ol. & 244
ſpirtius. 245
Conſeruæ ad quid. 274
Conſ. roſarum. ibid.
Conſ. roſarum ſpagirica. 276
Conſ. violarum. 278
Conſ. roriſm. 279
Conſ. florum arant. ibid.
Hioſmini, &c. 279
Conſ. fructuum. 280
Conſ. Radicum. ibid.
Conſ. ſpagirsca. 280
Conſ. Cynorrhodontis. 291
Confectio Alchermes. 283
Chymica præparatio. 285
Confect. ſeu Elect. de Gemmis M. 287
Chymica præparatio. 288

Confectio Hyacinthina. 289
Chymica præparatio. 290
Criſtallus quid. 248
eius ortus. 249
multiplices præparationes, &c. 250
Crocus martis. 227
Cliſſus quid. 228

D

Decoct. Antiu. S. 20
Decoct. Antiu. E. purgant. 21
Decoct. parandi ratio. 5
Decoct. vaſa. 5
Decoctiones vt palato. 5
gratæ. 6
Decoct. vis, & fac. 6
Decoct. materia. 6
Decoct. humiditas. 5
Decoct. doſis. 6
Decoct. vtendi ratio. ibid.
Decoct. quando, & quibus. ibid.
Decoct. cautiones. 7
Decoct. quotuplex. 7
Decoct. Cephalic. 8
alterans: 7
purgans. ibid.

cho-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0464-7

*cholagog.* 8
*phlegmag.* 9
*melanagog.* ibid.
*Decocta pectoral.* 9
*Decoct. ad pleuritid.* 10
*Decoct. Cardiacæ.* 11
*cardiacum temper.* 12
*cardiacum aliud.* ibid.
*Decoct. reſpic. hæpar frig. hum. temp.* 13
*Decoct. dent. conſ.* 17
*Decoct. dentes conſ. aliud.* ibid.
*Decoct. pro vlceribus ſordidis.* 17
*aliud ibid.* 18
*Decoct. purgans.* 18
*Decoct. melanag.* 19
*Decoct. antiuen. S.* ibid.
*Decoct. ligni Guaiaci.* 20
*aliud.* 21
*Decoct. Epi.* ibid.
*Decoct. vulneraria intrinſecus, & extrinſecus adhibenda.* 28
*Decoct. coronopi.* 27
*pilloſellæ, roris ſolitiuæ arthet.* 29
*Decoct. animalium.* 30
*Decoct. lienis.* ibid.
*Decoct. ranarum, vermium terreſtrium, teſtudinum, Aſtacorum limacum, viperarum.* 31

Decoct. mineralium. ibid.
Decoct. ferri, auri, plumbi, ſtibij, mercur. 32.33.
Delicatuli medici. 67
Deſtilandi modus præſtantiſsimus. 49
Deſtilatio quotuplex eius proprium. 155
Digeſtio. 154

E

Ebur foſsile. 260
Emplaſt. quid. 372
Empl. Diachil. M. ibid.
Diachil. M. 373
Diapalma. 374
Album. ibid.
De Ianua. ibid.
Gratia Dei. 375
Contra rupt. de ranis. ibid.
De vipera. 376
Oxycroceum. ibid.
De melilotto. 377
Sticticum. 378
Aliud ſticticum. 380
Chymica præparatio. 380
Empl. Magneticum. 386
Empl. Attractiuum. 387
Empl. pro vlcerib. 386

Ele-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0466-9

Electuar. Diatachol. 261
Aliud. 264
Aliud. ibid.
Elect. lenitiuum. 265
Diaphœnicum. 266
Diaphœnic. ſpagiricum. 267
Benedict. laxat. 268
Benedict. ſimpl. 269
Chymica. ibid.
Tripherica Perſica. 270
eiuſdem Chymica præp. 272. 273. 274.
Elect. ſeu Confect. Hameth. 275
Chymica præparatio. 276. 277.
Elect. roſatum M. 277
Elect. Eleſcoph. 278
Elect. Diacartham. villanouani. 278
Elect. de Citroſol. 279
Elect. de Citro aliud. ibid.
Elect. de ſuccoroſ N. 280
Chymica præparatio. ibid.
Eſſentia quid. 144
Extract. Vſus, doſis. 77
Extractum Guai. 80
Extract. antiuenereum. 81
Extract. antiuen. purg. 82
Hyſtericum. 83
aliud. 84

aliud.

aliud. 85
Extract. adu. Peſtem. 79
Extract. Sennæ. 86
Extract. roſ. 86
Extract. viol. 87
Extract. fl. Papau. Rhæad. 88
Extract. Cholag. Phleg. Mel. 89
Extract. Catholicum. 89
Extract. Eſulæ, 90
Extract. aliud Cathol. 90
Extract. Nephritic. 91
Extract. Iuæ arthet. 91
Extract. animalium. 92
Extract. Mumiæ. 92
Extract. Serpent. 93
viperarum. ibid.
vermium, &c. ibid.
Excrem. animal. extr. 95

F

Fermentatio. 156
Ferrum, & eius vſus. 226
eius nomina. ibid.
Ferri in chalibem conuerſio. 227

eius croc. ibid. &c. 228
eius calcinatio. 228
eius vitriol. 229
oleum, liquor, balſamum. 230
Fimi equini calor: 49
Flos ſalis. 164
Fixatio. ibid.
Fructuum vina. 41

G

GAlenus rerum metallicarum imperitus. 220
Galenum ſibi contradicere. 174
Galinæ ſtercus. 66
Gemmæ, & earum præpar. laudes, & dotes. 239
Gingiuas rob. decoct. 16
Gemmarum noua, & facilis præpar. 291

H

HAmeth confect. 275
Chymica præparatio. 276
Hiera Picra S. G. 281
Chymica præparatio. 282
Hyacinthus, & eius præpar. 252
Hydromel vinoſum. 143



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0469-9

*Hydromel. Aqua vitæ.* 44
*Hydromel. Acetum.* 44
*Hiſtoriæ mirabil. de ol. vulnerario.* 102
*Hominem triplici cibo nutriri.* 2

I

*Ignis multiplex.* 154
*Ignis cinerum.* 48
*Ignis carbonum.* ibid.
*Ignis lucernæ.* 48
*Infuſionis tempus.* 34
*Infuſio quæ præparatio.* ibid.
*Infuſio roſarum.* 285
*Infuſio florum tincturam elicit.* 34
*In medendo quid reſpiciendum.* 3
*Iouis flores.* 239
*Iouis ſal. ol ſpiritus.* ibid.
*Iouis infuſio.* 237
*Iouis ſal, &c.* ibid.
*Iuæ arthetica decoct.* 30
*Iuniperi decoctum.* 30

L

*Laudanum ſimplex.* 304
*Laudanum magis compoſitum.* ibid.
*Laudanum paracelſi.* ibid.

*Laudanum nouiſsimè repertum.* 305
*Laudanum vniuerſale.* 306
*aliud.* 307
*Lapide Cancrorum fluuiat. eorumq; præparatio.* 257
*Lapid. Iudaicus, ſpongites, lincis.* ibid.
*Lapid. Bezoard.* 258
*Lapid. Armenus, & Cyaneus.* 261
*Lapid. Solaris, aut lunaris.* 264
*eius vires, & facult.* 269
*Lapid Luciferi præparatio.* 270
*Labdanum.* 95
*Lapid. phyſici baſis.* 166
*Lapid. ex nitro.* ibid.
*Lapid. præparatio.* 239
*eorum concentus.* 240
*Laureolæ infuſio extract. ſymp.* 37
*Lapidis Cianei præpar.* 284
*Limatura Chalib.* 226

M

*MAgiſteria.* 134
*Magiſterium lignorum.* 135
*Herbarum.* 136
*animalium.* 137
*Magiſt. mineralium.* 138
*auri.* ibid.

gemmarum. 139
perlarum. ibid.
Magiſterium Mercurij. 192
Martiales morbi. 46
Martis infuſio. 34
Medicam. forma quæ. 4
Med. exotica noſtratia. 34
Medicorum multitudo ſuſpecta. 2
Medicamenta etriplici penu. 1
Metallorum infuſiones. 34
Mercurij infuſio. ibid.
Mercurius Antimonij. 187
Mercurium per ſe præcipitatum. 192
Mercurij facult. ibid.
vſus, & doſis. 192
Monocerotis cornu. 259
coctio cum auro. 192
ſublimatio. 193
regenerat. ibid.
philoſoph. quid. ibid.
non dandus crudus. 194
Merc. coct. conditiones. ibid.
diaphoret 1. ibid.
diaphoret. 2. ibid.
præcipitatio cum ſmiride. 171
coagulatio. 195
natura verſatilis. 200

Mar-

Merc. Marti inimicus. ibid.
amalgama cum ferro. ibid.
cum ære. 200
Momento præcipitare ſine igne. 194
præparationum arcta connexio. ibid.
vitrum. 193
magiſt. ibid.
vſus perdifficilis. 195
natura pauci callent. ibid.
luem veneream ſæpe contumaciorem reddit. 194
vſum qui facile admittunt. 193
quibus temporib. exhibend. 203
crudus ſemper malus. 202
cui bonus. 197
Mineralia non explod. 47
Mineral. aqua. 70
Multitudo remed. ſimul non amplectend. 14
Medicament. multitudinem miſcentes agirtas eſſe. 14

N

NEphriticum decoct. 15

O

OLeum multiplicabile. 180
Ol. 1. præparatio. 96
Ol. hypericonis. 100
Ol. vulnerarium. 99
Ol. per expreſsionem. 336
Ol. ex vitellis ouorum. 337
Ol. amigd. ibid.
Ol. per infuſionem. ibid.
Ol. roſarum. 338
Ol. chamamæli. ibid.
Ol. ruthæ. ibid.
Ol. violarum. 339
Ol. liliorum. ibid.
Ol. florum citrij. ibid.
Ol. fl. arantij iaſmini florum caryophyll. mirthi. 340
alio modo. 341
Chymicæ præparationes ol. citrij arantij. ibid.
Ol. diſtillatum ex floribus omnibus odoratis. 342
Ol. corticum citrij diſtillatum. 343
Ol. hiperici ſimplex. ibid.
Ol. Hyperici magiſtrale. 344
aliud magiſtrale Mattheoli. 345
Ol. Cythoniorum. 347
Ol. Myrthinum. ibid.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0474-3

Ol. Maſtichinum. 348
Ol. ſtercoris hominis. 66
Ol. deſtil. 102
duplex parandi ratio. 103
per deſcenſum. ibid.
per aſcenſum. ibid.
Ol. Empireuma vt ſoll. 104
Ol. Guaiaci. ibid.
Ol. ſuccini. 105
Ol. picis, maſtich. Thuris. ibid.
Ol. florum. 106
Ol. herbarum. 107
Ol. ſeminum. ibid.
Ol. Aromatum. Garyofill. Cinamom. Gingiberis, Mac. Piperis cubeb. 108
Ol. Cinamomi. 109
Ol. animalium. 111
ſanguinis humani. ibid.
mumiæ ſtercoris hum. 113
adipis medullæ axungiæ. 106
ceræ. ibid.
oſsium: 107
Caſtorei, vermium, ſerpentum. 116
Ol. mineral. 116
Tartari. 117
ſulphuris. 111
talci. 120


Pe-

## P

PEplis infuſio. 37
Pharmacopœa duplex. 2
Pharmacopœa chymica. ibid.
Pharmacopœa ſpagirica, phiſica practica. 3
Pharmacop. ſpag. finis. ibid.
Pharmacop. ſpagir. præſtantia, & nobilit. ibid.
Pharmacop. ſpag. vtilitas. ibid.
Pharmacop. ſpag. authores, & fautores. ibid.
Piloſellæ decoct. 16
Pilulæ ſpagiricæ ſunt extracta, & ſucci denſati. 73
de Pillulis. 308
Pil. aureæ Nicol. 39
Pil. Cochiæ Rhaſis. ibid.
Pil. Agregatiuæ Meſ. 310
Pil. ſine quibus N. ibid.
Pil. Lucis M. 311
Pil. Lucis Min. Meſ. 312
Pil. fœtid. mai Meſ. ibid.
Pil. fœtid. Min. Meſ. 313
Pil. Maſtichinæ. ibid.
Pil. Arthriticæ N. Sal. 314
Pil. de tribus. ibid.
Pil. de Agarico. 315
Pil. Hieræ ſimplicis Gal. ibid.

Pil.

*Pil. de Hierā cum Agarico.* ibid.
*Pil. Ruffi ſeu peſtilent.* 316
*Pil. Ruffi ſeu peſtil. Alman.* ibid.
*Pil. catholicæ.* 90
*Plumbum in Argentum fallere.* 15
*Poluere dell' Algarotto.* 32
*Pſeudo chymici notantur.* 215
*Puluis extract.* 78
*de Pulueribus.* 326
*Puluis viperarum.* ibid.
*Puluis ranarum.* 327
*Puluis vegetabilium.* ibid.
*Puluis digeſtiuus.* ibid.
*alius.* 328
*alius Rondeletij.* ibid.
*Puluis cachecticus Quercetani.* 329
*Puluis nephriticus.* ibid.
*alius.* 330
*Puluis dentifricus.* ibid.
*alius.* 331
*Puluis dentes dealbans.* 331
*Puluis odoriferus præſtantiſs.* 333
*odoriferi alij.* 334. 335
*Puluis Cyprius.* 335
*Puluis Ranarum.* 129
*vermium terreſtrium.* 130
*cancrorum fluuiat.* ibid.

*Ha-*

*Halecis.* 131
*Præcipitatum vulgare.* 197
*Præcipitati albi præparatio, & vſus.* 198
*Præparatio 2.* 199
*vſus, & vires.* ibid.
*præcipitatum cum ſmeride.* 200
*Philonium Romanum Meſ.* 302
*Peſtilentialis Antidotus.* 307
*Pil. Balſam. ſulph.* 320
*Pil. Cephalicæ.* ibid.
*Pil. ſtomachic.* 321
*Pil. martial. ſol. M.* ibid.
*Pil. martial. adſtrin.* ibid.
*Pil. Polychreſt.* 319
*Pil. Catholicæ.* 319
*Pil. laud. Hyſtericæ.* 318

Q

*QVinta rerum eſſentia.* 145
*Paraudi method.* ibid.

R

*RAnarum Aqua.* 65
*Ranarum pul.* 66
*Ran. Sperma.* 65

Reuerberatio quid. 152
Roſarum puluis. 86
Roſas rubras non eſſe adſtringentes. 278
Requies Nicolai. 306

S

Sal Armoniac. Bonon. 212
Sal armon. 167
Salem Armoniacum vbiq; reperiri. 167
in puteis. 168
eius facult. & vires. ibid.
Sal. Armoniaci ſublimatio, dulcificatio. 168
Sal. Mercurÿ. 191
Salis præparatio. 121
Sal quid. ibid.
Cal. eſſentialis. 124
Sal. vegetab. præpar. 123
Sal. virtus, & fac. 125
Sal. animal. præpar. 127
Sal. ſang. humani. 129
Sal. Carnium oſsium, &c. 128
Cal. com. præpar. dulcif. 163
Spiritus, oleum. 164
Salis flos. ibid.
Sal Nitrum, præparationes. 166
Sal. Armoniacus. 167

Salis armoniaci præparationes. 168
Saphyrus, & eius præpar. 252
Saturni ſeu Plumbi nomina Sympatheia, remed. 235
Saturni ol. Balſam. & ſpiritus. 238
Scammoneæ præpar. 74
Smaragd. præpar. 252
Smaragd. & eius præpar. 252
Spiritus ſulph. refrig. 178
Sulphur quid. 177
eius remedia. ibid.
Sulph. flores, tabellulæ. 178
lac, butyr. liquor acidus. 179
Sulphur naturæ aureæ. 180
Sulphuris ſpirit. præpar. 181
Sulphuris balſamus. 182
Sulph. decoct. 36
Sulphuris vinum. 48
Syrup. in Genere. 283
Syrup. roſarum. 284
Syrup. roſ. ſpagiric. 286
Syrup. violarum. 279
Syrup. Cynorrhodontis. 291
Syrup. fl. Perſic. 292
Syrup. Papau. Rhæad. 193
Syrup. roriſſolis, pedis gatti, Capill. ven. 293
Syrup. acido. 294
Syrup. limonum. ibid.

*Syrup. Ribes.* 295
*malorum gran.* ibid.
*de Epithymo.* ibid.
*de Polipod.* 296
*Syrup. de Cychorio comp. cum rhab.* 297
*de Pomis.* 258
*de Radicib. Elleb.* 259
*Hermodact Brioniæ.* ibid.
*Syrup fruct. ſpinæ ceruinæ.* 259
*Cucumeris aſinini.* 260
*Syrup. Corall.* ibid.
*Syrup. Margarit.* 261

T

*TErrarum præparat.* 158
*Terræ eboris foſsilis facult.* 160
*Terra vitriol.* 162
*Terram medicatam vbiq; reperiri.* 159
*medicatæ multiplices.* ibid.
*Terre communis laudes, & propr.* 156
*ſtercilitas vnde.* 158
*Terrarum ſpecies.* ibid.
*Conſtantinopolitana.* 159
*Turonenſis.* ibid.
*Titimali infuſio.* 37
*Tinctura roſarum.* 35

Tinctura violarum. ibid.
Tinctura croci. 36
Tinct. ſl papau. rhead. ibid.
Tinctura Rhabarbari. 37
Tinctura Antim. 1.2. 284
eius vires. ibid.
vſus. ibid.
Tuthiæ infuſio. 38
Tryphera Perſica. 27
Chymica præp. 272
Theriaca Androm. 293
Theriaca Chymic. 297
Throchiſci de vipera, de ſcylla, Hedicroi. 223
Galliæ moſc. ibid.
Trochiſc. de myrrha, alipt. moſc. 325
de Agarico. ibid.
Alhandal. &c. 326

## V

Vinum metallorum preparat. 47
Vinum mineral. præparat. 40
Vinum herb. ſl. ſem. rad, &c. 40
Vinum ex lign. &c. ibid.
Vinum Ellebor. 41
Vinum Guaiaci. 41
Vinum adu. morb. Merc. 45

*Vinum ne pendulum fiat.* 46
*Vinum Tinct. Antim.* 46
*Vinum crudi Antim.* ibid.
*Vinum Mercurij.* ibid.
*Vinum ex ferro.* 47
*Vinum ex metallor. Tinctur.* ibid.
*Violarum ſemen.* 38
*Vitriolum* 171
*Vitrioli Tinctura, Balſamus.* 172
*Aqua, phlegma, Spiritus, Arcanum.* ibid.
*Sal, Sulphur. Magiſt. Colcotar, Creta.* ibid.
*Sulph. narcot. &c.* ibid.
*Viniones quintæ eſſent. ſpirit. ol. &c.* 245
*Vnicorn.* 259
*Vnguentum:* 348
*Vng. Aureum.* 349
*Vng. Baſilicum min.* 349
*Baſilicum Mai.* 350
*Vng. Aegipt.* 350
*Vng. Apoſtol.* ibid.
*Vng. Album.* 351
*Vng. Dealthea S. N.* 351
*Dealth. Comp.* 352
*Vng. Populeon.* 353
*Vng. de Tuthia.* 354
*de minio, Refriger. G.* 354
*Vng. Santal.* 355

*Vng. Comitiß.* ibid.
*Ung. reſumpt.* 356
*De Arthanit. min. D. Arth. mai.* 357
*Ung. Citrinum.* 359
*ex Succis.* 360
*de Lytharg. Roſatum fl. Arant.* 361
*Citrij, Ieſmini.* ibid.
*Ung fl. dictorum Chymicum.* 362
*Ung. Martiat. Aregon.* 363
*Ung. pro ſcabie.* 370.371
*Agrippæ R.* 364
*Vulnerarium.* 366
*Ung. Armarium.* 367
*Ung. Bezoard.* 369

*FINIS.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0484-8

## *Errata ſic corrigenda.*

Fol. 1. lin. 11. ſuſpicio non ſuſcipio. fol. 4. l. 11. polici-
ti. fol. 53. l. 1. Nephritica l. 20. vaſe 158. l. pen. in vaſe.
159. l. 23. meditullio. 167 l. 17. marini. 175. l. 7. ſupe-
remineat. 180. lin. 19. adde per canpan. 212. lin. 14.
quandam. 224. lin. 12. incidentia. 269. lin. 26. confici-
tur. 274 l. 14. primò. 282. lin. 12. calori. 286. l. 11.
tepenti. 264. lin. 2. ſermam. 273. l. 6. Holera. 285. lin.
12. in fixo. 321. l. 7. adde vnc. ij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0485-4

*D. Octauianus Finatius Cler. Reg. S. Pauli, & Rector Pœnit. pro Eminentiſs. & Reuerendiſs. D. Card. Archiepiſc. Bonon.*

Imprimatur.

*Fr. Petrus Hyacinthus Donellius S. Theolog. Magiſter Vic. S. Offic. Bonon.*




BONONIAE. M.DC.XXXV.

Typographia, Iacobi de Monte, & Caroli Zeneri

*Superiorum permiſſu.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0487-5
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0488-1
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0489-0

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0490-5

98.–

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0492-7

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-25801-p0493-2